
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
12
8 A
22



GREGOR. HORSTI, D.

DE

TUENDA SANITATE STUDIOSORUM & LITERATORUM

LIBRI DUO.

IN GRATIAM REIPUBL. LITERARIÆ PROPOSITI, & ad petitionem amicorum editi.

Editio secunda correctior.





GIESSÆ,


Typis & sumptibus Casparis Chemlini.


ciↃ iↃ cXVII.











REVERENDISSIMO
Principi, ac Domino,
DN. JOHANNI FRIDERICO, ELECTO ET CONFIRMATO Abbati Fuldensi, Dominæ Imperatricis Romanæ Arch: Cancellario, per Germaniam & Galliam Primati &c.

Domino suo Clementissimo,

MEMORABILE est illud Xenophontis de Socrate, Princeps Reverendissime, Domine Clementissime, quod vehmenter familiares suos hortatus

 sit,

ſit, ut valetudinis curam haberent, ac partim à peritis, quæ poſſent, diſcerent, partim per omnem vitam ipſi ſeſe obſervarent, quinam cibus, qui potus, qui labor eis conduceret: & quo pacto his uſi quàm optima valetudine fruerentur. Nam ſi quis ita ſui rationem haberet, difficile ajebat eſſe, ut Medicum quis inveniret, qui ad valetudinem conducentia magis ſeipſo dijudicaret.

Eo minus igitur in pu-

blicandis his libellis nos errare potuiſſe ſtatuimus, quò magis cuivis literato pro valetudine ſuâ penitius cognoſcendâ, rectiuſq; defendenda plurimùm inſerviunt. Tuæ verò Celſ. Princeps Clementiſſime, præſens opuſculum inſcribere placuit, tàm quod non ſim neſcius, quo Patrocinio laudabili literatos omnes foveas, quàm propter ſingularem Clementiſſimam affectio-


nem, quam subjectissima observantia coram deprehendere potui. Quod ergo superest, vultu sereno, hocquicquid est, T. C. accipiat & diutissimè felicissimè valeat. Dabam Giessæ in ipso Æquinoctio verno Anno M.DC XV.

V. Celſ.

Subjectiſſ.

Gregorius Horstius D. Professor, & Illustrissimi Principis Hassiæ Ludovici Archiater.

STU-



STUDIOSÆ JU-
ventuti
IN ACADEMIA
GIESSENA
S. P.
GREGOR. HORSTIUS. D.



VM Thales Laërtio teste, *quondam interrogaretur*, quis-nam felix esset, *respondisse dicitur*: qui corpore sanus est, animo autem eruditus. O *summa felicitas! quâto-*

de san. tuen. reprehendatur. Quandoquidem vero non pauci reperiuntur etiamnum hodie, qui sortem literatorum deplorant, hanc ob causam, quod sanitatis regimine, quo prae reliquis indigent, destituantur, potissimum illi, quorum pars maxima Medicorum praesentium consilio carere

rere cogitur; idcirco memores vocationis nostræ publicis prælectionibus DE SANITATE LITERATORUM TUENDA *tractare conabimur, ubi divina favente gratiâ, qua fieri poterit perspicuitate, demonstrabimus, quod hæc doctrina consistat in duabus partibus, quarum prior de præcognitis, po-*

sterior de ipsa valetudinis tuendæ ratione agit.

I. Præcognita pertinent ad tractionm Subjecti & Materiæ auxiliorum.

Subjectum *est humana Natura, quæ consideratur generatim & speciatim.*

Generatim pro ut est in fieri, *respectu generationi.*

tionis, *Cap. I.* In facto, *respectu partium*, *humorum & spirituum*, *C. II.*

Speciatim respectu temperamentorum, in genere, *quo ad essentiam & fontes signorum communes*, *Cap. III.* In specie, *quo ad differentias*, *earum signa*, *aliasq; singulares naturarum proprietates*, *Cap. IV.*

Materia auxiliorum *similia conservat & contraria corrigit, ubi considerantur illa, quæ corpus nostrum afficiunt, Vel Spirituosam corporis substantiam reficiendo,* ut Aër ambiens, *tam naturalis, qui pro varietate anni, regionum, ventorumq; variat, quàm artificialis, quem industria*

ſtria parit, *Cap. V. Vel Solidam & humidam partium naturam reſtituendo, ut ſunt* Eſculenta & potulenta, *Cap. VI. Vel Superflua ſecernendo & caloris nativi ſuffocationem præcavendo*, *ut* retentioni & evacuationi in ſtatu ſ. n. inſervientia: *Cap. VII.* variaque corporis exercitia; *Cap. VIII. Vel Caloris*

nati-

nativi collectioni virium-que restitutioni conferendo, ut somnus atque vigilia, *Cap. IX. Vel Humorum atque spirituum commotione corpus alterando, ut* animi perturbationes, *Cap. X.*

II. Valetudo literatorum defenditur, pro cujusque naturæ ac temperamenti proprietate, quan-

quando robur totius cō-servatur, & superflua tolluntur.

Robor totius *acuitur & conservatur respectu partium principalium & minus principalium.*

Principalium, Cerebri, *quod functiones principes attinet, ubi inprimis* de judicio & memoria acuendâ, *Cap. I.*

Cor-

Cordis, *removendo quæcunque vitalem functionem labefactare queunt & adhibendo* quæ spiritus vitales reficiunt, *Cap. II.* Jecoris, *præcavendo jecoris* intemperiem & obstructionem, *Cap. III.*

Minus principalium, servientium Cerebro, nimirum organorum sensus atque motus, hinc potissi-

tissimum hic de visu corroborando, oris puritate conservanda, podagricis fluxionibus citò præcavendis &c. *agitur, Cap. IV. Cordi, quò pectus atq; pulmones pertinent, ubi propter catarrhos, quibus literati obnoxii, meritò de* pręcautione phthiseos & difficilis respirationis *tractatur, Cap. V.*

Jecori, quæ vel Ma-

teriam

teriam ipſi præparant, quò maximè pertinet ventriculus, inteſtina, meſenterium &c hinc de cruditate præcavenda & ſtomacho corroborando *hîc agitur. Cap. VI. Vel Secretioni heterogeneorum ſerviunt, unde reſtat, ut literati ſeſe ab* obſtructione lienis, coagulatione calculi renum *& ſimilibus præſervent, Cap. VII.* Super-

Superflua tolluntur, *Communiter per evacuationes annuas*, Purgatione, *Cap. VIII.* Venæsectione, *Cap. IX.*

Particulatim, ubi frequenter abundant humores Pituitosi, *quocirca pituitæ collectio præcavenda; ejusq; copia tollenda est, Cap. X.* Biliosi & acres, *quod accidit huic vitæ generi fre-*

quen-

quentius, unde frequens externarum partium scabies, Cap. XI. Melancholici, *quos intensa lucubratio procedēte tempore colligit*, Cap. XII.

His, inquam, reipubl. literariæ pro virili per subsequens semestre, cum Deo fideliter atq; perspicuè servire conabimur, ne mortalibus ingratis-

mi

mis annumeremur, qui sanitatem negligendo bona sua vix aliter quàm perdendo cognoscunt. Adeste igitur, quotquot Minervæ studium enervat, & quam rectè quidem à Deo quotidiè precamini sanitatem, ejus vim in vobismet ipsis percipite. Frequentes, inquam adeste, cum, juxta Sene_

Senecam, pars sanitatis sit sanari velle.

Si enim, *Horatio teste*, ventri benè, si lateri est, pedibusq; tuis: nil
Divitiæ poterunt regales addere maius.

Bene valete. P. P. Cal. Decembr. Anno M. DC. XIII.

DE



DE TUENDA SANITATE STUDIOSORUM PROOEMIUM.

INTER *illa, ſine quibus ad excelſum* Palladis & Muſarum *culmẽ adſcendere vix poſſumus, nõ immeritò poſt* Mercurij, Phæbi, Venrisque *divæ gratiam, & promptæ voluntatis, ingenii ſtabilis, memoriæq; tenacis præſentiam, non ſolum* educatio, *quæ patris familias eſt,* & inſtitutio, *boni præceptoris opus reponũtur:*

sed insuper etiam summè necessarium esse videtur, ut sanitatis *tuendæ rationem non negligamus, quemadmodum pulchrè* Marsilius Ficinus, lib. de vita sana, *innuit.*

Sanitatis cõservandæ ratio in duobus consistit.

Hujus tuendæ sanitatis ratio potissimum in duobus consistit, nimirum in cognitione *eorum, quæ sanitatis essentiam atq; naturam constituũt, eandemq; conservant,* & in applicatione *cognitorum, respectu cujusq; individui, quamcunque noxam præcaventium.*

Quid ad cognitionẽ tuendæ sanitatis requiratur.

Cognoscendum igitur subjectum sanitatis; ipsa videlicet humana natura *quod fieri debet non tantum* generatim, *prout*

prout est in fieri, *respectu* generationis, & in facto, *respectu* partium, humorũ & spirituũ; *sed etiã* speciatim *respectu* temperamentorum & proprietatum, *tam congenitarum quam adscititiarum.*

Cùm autem ea omnia quæ ad sanitatis essentiam cõstituẽdam concurrant, alterabilia sint & suam conservationẽ à rebus non naturalibus. *Medicis dictis habeant, idcircò perpendẽdum ulterius, quæ sit natura rerum illarum, sine quibus sanitatis nostra, potissimum dum literis in cumbimus, iusto modo conservari nequit.*

His ita præmissis à specula-

tione *propius* ad actionem *progrediemur, & quãtum fieri potest breviter monstrabimus, qua ratione studiosorum sanitas, pro naturarum ac temperamentorum diversitate diversa, suis accomodatis mediis, post Deum, conservari, defendiq; possit.*



LIBER PRIMUS DE TVENDA SANItate *studiosorum.*

CAP. I.

De humana generatione.

PRINCIPIORUM suorum naturam principiata plurimùm imitantur, quam

quam ob causam in consideratione sanitatis literatorum ad primam cujusque individui generationem & origi nem respiciendum est. Cum enim *humana generatio fiat, quando sexus utriusq; semen in utero commistum actuatur, eiusdemq; potentia latentes similitudinem semini connatam cuiq; parti communicant, accedente quotidiano per sanguinis materni affluxum augmento*, necessarium est consequens, tales nos esse respectu temperamentorum & proprietatum corporis nostri, quales potentiâ fuimus, respectu virtutum primordio nostro seminali per parentes communicatarũ.

Quid sit humana natura.

Origo temperamentorum.

Variatio proprietatum innatarũ

Hæ virtutes in ſeminali principio plurimum variant & afficiuntur, tam ab *externis*, quam etiam ab *internis* cauſis alterantibus.

à cauſis externis.

Illud variis modis accedit, *influxu* videlicet *cæleſti*, quod patet in iis, qui in magnis cœli mutationibus, utpote æquinoctiorum ſolſtitiorumq; tẽporibus, itidemque lunâ novâ, concipiuntur, quos invalidâ praeditos experientia demonſtrat; in *aëris ambiẽtis exceſſu*, quam ob cauſam canicularium tẽpore Venus maximè noxia; *in ebrietate* cum ſemen aquoſius & imbecillius redditur, unde Plato ebrioſis con-

concubitum dissuadet, ne morbosis hominibus res publica repleatur, &c.

Hoc manifestum est in iis, qui corporis cōstitutione invalida præditi sunt, quos invalidos quoq; posteros generare testatur eventus, ubi, consideramus phthisicos, podagricos, calculosos, leprosos siue venereâ laborantes & alios, in quibus morbosæ dispositiones radices agunt, nec tantum superficiales sunt. Quod cum ita sit, nullus negabit, ad cuiusq; sanitatis dignotionē in individuo parentum naturam præcognitam plurimū inservire, propterea *à causis internis.*

 quod

quod hinc proprietates primordii ſeminalis deducãtur.

CAP. II.

De corporis humani partibus, humoribus & ſpiritibus.

POST conſiderationem principiorum ad principiata progrediendum eſt, *ubi corpus humanum* ſeſe offert, *humanum* inquam, ut eo ipſo cadaveris tractatiò penitus ablegetur.

Eſſentia corporis humani. Cum ergò *corpus humanum* tale ſit per animam, ideo manifeſtum eſt, id ipſum conſtare ex ejuſmodi partibus, quæ cum toto vivant, uniantur & informentur; idque non fruſtra,

stra, sed ut *actui secundo*, videlicet *animæ operanti* subservire possit. Hoc ipsum perficiunt ope innati calidi, quod proportione quadam admirandâ per seminalia primordia cuique parti communicatũ est. *Innatũ calidũ*

Veruntamen cum omnia sublunaria suas alterationes habeant, idcircò sibi ipsi natura prospicere voluit, quam ob causam perennem quandam, quoad fieri potuit, restitutionem instituit, idque beneficio *humorum alimentariorum & spirituum influentium*. *Restauratio innati calidi.*

Hinc partes nostri corporis amico quodam concentu conspirant in totius perfe- *Amicus partium cõsensus.*

ctionem & conservationem, licet aliæ alias, operationum dignitate vel conservationis necessitate, superent.

Partium divisio, Diligenter autem perpendendum, alias esse partes quæ functionibus animalibus, sensui videlicet & motui prospiciũt; alias his subordinari, vitalis spiritus concoctioni sanguinisq; p̃parationi destinatas quarũ omnium consideratio summè necessaria est literato, q̃uvis priores per se, posteriores verò δευτέρως studiis inserviant.

Cõtentorum cõsideratio. Et cum Partes propriè dictæ plurimũ afficiantur pro ratione *humorũ & spirituũ*, idcircò diligenter ea, quæ secundum naturã fiunt, ab iis, quæ præ-

ter naturā accidunt, separanda veniunt; inprimis quomodo alimentū per suas coctiones alterari & ab excremētis suis liberari debeat, anteq̃ in substantiā partis convertatur.

His ita generatim cognitis, luce meridiana clarius erit, aliud esse *corporis partem*, quæ cum toto vivit, animæq; functionibus præest, aliud *esse spiritum influentem*, qui in fonte caloris, ipso videlicet corde, cōficitur, in reliquum corpus distribuitur variasque mutationes, inprimis in cerebro, parte respectu functionis nobilissimam, subire cogitur; aliud esse *nutrimentum*,

Pars propriedicta

Spiritus.

quod partibus pro augmentatione & conservatione per humores alimentarios, massam scilicet sanguineam, potentia non actu quatuor humoribus constantem, communicatur; *aliud tandem* illud, quod actione partium, vel in prima, vel in secunda, vel in tertia concoctione, tanquam excrementitiũ quid, secernitur, licet illud ipsum vel inutile penitus, vel alicujus usus esse possit, omni tamen actione destitutum. Consequens nunc est, ut naturã humanam ulterius speciatim considereמus.

Excretũ.

CAP.

CAP. III.

De temperamentis humani corporis generatim.

ULterius ergò naturam humanam cognoscemus, quamprimum de varietate temperamentorum certiores erimus, idq; propterea, quod *post essentiæ constitutionem temperamentum cujusque partis immediatè subsequatur*, tanquam primum & adæquatum organum, sine quo corpus animatum subsistere, suasque functiones peragere nequit. *Essentiã partis tẽperamẽtum sequitur.*

Quemadmodum verò generatim temperamentum in philosophia naturali similari *Temperamentũ quid.*

ſimilarium mixtorũ affectio eſt, nimirum ejuſmodi qualitas, quæ ex elementaribus in mixtione contemperatis oritur. ita in præſentia proximiora principia corporis humani rimando temperiē vel complexionem talem inquirimus, *Præſertim in homine,* q̃ de parte vivente primũ, conſequenter verò de toto facultatũ animæ ſubiecto dici pōt.

Hinc manifeſtum redditũ temperamentũ humani corporis, tanquã partiũ animatarũ, à rerũ inanimatarũ cōplexionibus plurimum differre, *Quid requiratur ad temperiem humanam.* cum non tantũmodo mixtionis temperiē præſupponat, ſed neceſſariò quoque vitalia

prin-

principia per generationē vi facultatis formatricis in genita sibiq; comūnicata requirat.

Hoc licèt pro varietate partium *varium atq; multiplex* esse videatur, cùm aliud carnis, aliud ossis, aliud carnis aliud nervi temperamentū sit, non tamē sine concentu quodam amico diversæ partiū proprietates in gratiā totius ita conspirant , ut collata quadam proportione temperiē unam in statu sanitatis constituant; *Quam diu talis* temperamenti ratio satis integra pro cujusque speciei & individui naturâ conservatur tā diu quoque sanitas & integritas humana

mana constat, nec functiones totius impediuntur.

Varietas temperamentorũ quomodo sit inquirẽdu.

Cum autem sub latitudine sanitatis temperamentorum insignis variatio conspiciatur, idcirco notandum, quinam sint fontes signorum, per quæ de temperamentorum varietate certiores fieri possumus. *Hîc illa* perpendenda, quæ homini *naturaliter insunt*, vel *primò*, corpus videlicet & anima, vel *secundariò*, quò pertinent ea, quæ secunda quasi creatoris intentione nobis accidunt.

Quo ad corpus non tantùm *qualitates primæ*, caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas, *una*

una cum secundis crassitie videlicet, tenuitate, duritie, mollitie, colorum varietate & similibus, sed *vitalia* quoquè *principia*, τὸ θερμὸν ἔμφυτον constituentia, sese offerunt.

Quod ad animam, mores propensiones & inclinationes affectuum perpendendæ sunt, innata videlicet ad iram, mãsuetudinem, timorem, fortitudinem, livorem, aliaque promptitudo, quam à moribus per consuetudinem paratis, meritò distinguimus.

Secundariò tandem nobis accidunt, quæ partium actione pro purificatione nutrimenti separantur, quò pertinent varia

ria corporis nostri excrementa, per quæ certi reddimur de partium actionibus ac totius constitutione, si scil. nõ externo quodam errore proveniãt.

Temperamentum nativũ & adscititium.

Priusquam verò de temperamẽti cuiusdam natura certi quid statuamus, ante omnia notãdum *aliud esse temperamentum nativum, aliud adscititiũ.* Illud respectu generationis nostræ cõsideratur, quam ob causam originem suam progenitoribus nostris, & ortui nostro debet; hoc verò per alterationẽ nobis iam genitis per causas externas & internas accidentẽ oritur, quod evidẽtes mutationẽs ob ætatẽ, victus rationẽ

vitæ

vitæ genus, regionum diverſitatē, aliaque ſimilia ſatis confirmant.

Cap. IV

De temperamentorum cognitione ſpeciatim

VArietas temperamentorū loco peculiaribus demonſtrationibus confirmatūr in præſentia ſufficit, ut ex generalibus ſignorum fontibus innuamus, quomodo quodlibet temperamentum in ſpecie & individuo cognoſcatur. Hic igitur primū *de temperie hominis maximè temperata*, tractandū, quæ in omniū partium, inprimis verò principum, cordis videlicet, cerebri & iecoris bona conſtitutione conſiſtit.

Tempe- ramentum tem peratum

Hinc ejusmodi temperamentum, subjecti sui ratione, quoad corpus, inter calidum & frigidum quasi medium est, nec nimia crassitie vel gracilitate præditum, quę omnia propter temperatam elementorum ac principiorum vitalium commistionem, totiusque cõspirationem eveniunt. *Quo ad operationes animæ* cognoscimus illud ipsum ex actionibus vitalibus, naturalibus & animalibus maximè constantibus ac temperatis, quæ levibus externis causis non facile impediuntur, quò minus enim corpus aliquòd ab externis & contrariis naturæ no-

ræ nostræ patitur, eò magis perfectè temperatũ & è principiis suis unitum est. Imo & affectuum inclinationes hîc medio modo sese habent, quam ob causam temperatus inter iracũdum ac stupidum, inter misericordem & crudelem, inter audacem atque timidum medius esse videtur. *Quò ad ea quæ excernũtur*, tale temperamentum nec nimium pilorum defectũ, nec etiam eorundem abundantiam producit & in aliis excretis maximè temperatum atq; secundum naturam subjectum suum constituit.

Recessus Ab hac maximè temperata con-



Recessus à temperamento optimo. cõstitutione sanitatis frequẽtissimè natura nostra recedit *vel origine*, progenitorum naturam sequens, *vel adscititia ratione* propter alterationes sequentes.

Temperamentum calidum. Hinc *temperamentum calidũ* in iis corporibus cognoscitur, quibus *venæ & arteriæ latiores sunt, cordis atq;* iecoris caliditas ad vasorum dilatationem faciat, quibus *pinguedo rarior* utpote temperati caloris soboles, que *promptè calefiunt, tardèq; refrigerantur*.

Calidũ & humidum. Huic *humiditas* excedens cõiuncta carnosum constituit habitũ ętate procedente, licet in juventute fluxionibus permultis

multis originem præbeat, & animam circa ἀκμὴν largitur magnum, cum ferocia ac timiditate temperatum.

Siccitas verò cũ caliditate excedente concurrens corpus reddit gracile, macilentum. pilis nigris potiſſimum ac hiſpidis abundans, ad vigilias potius quam ſomnũ propenſum, animi moribus inquietis facilè mobilibus, & ad iram maximè proclivib. cõjunctis. *Calidũ & ſiccũ*

Contra frigidum temperamentum judicamus, ubi vaſa venarũ atq; atteriarum exilia ſeſe offerunt, pilorum proventus eſt rarior, quoad colorẽ albicãtium potius quã nigricãtium, *Temperamentũm frigidum.*

animus

animus demissior, facilis læsio à frigidis, & frequenter animalium functionum ab ineunte ætate difficilis exercitatio, quæ debilioris innati caloris naturam innuunt.

Frigidũ & humidum. *Huic humiditas* conjuncta, præter dicta, pinguedinis augmentum, somnolentiam, ingenii tarditatem & animi ignaviam adauget.

Frigidũ & siccũ. *Siccitas verò concurrens* cum frigiditate, præter exilitatem vasorum & alia, peculiariter corpus reddit durius, gracilius, minimè pilosum, moribus animi timidis quidem, prudentibus tamen & constantibus, undè ingenium talibus

ob

ob constantiã meditationum &inclinationem ad vigilias sagax attribuitur.

Hæc temperamentorum varietas aliâ à quibusdã per prædominantes humores describitur ita, ut alii sint sanguinei, alii cholerici, alii pituitosi, alii melancholici, quas denominationes penitus non improbamus, modò non excrementitios sed naturales humores intelligamus.

Temperamentorum alia denominatio.

Notandũ porrò maximam intemperierum esse inæqualitatem, propterea quod non rarò membrorum dyscrasiæ sese offerant, quibus efficitur, ut exactè de temperamento

Temperamentorum inæqualitas.

totius judicare non possimus. Hinc maxima temperamentorum inæqualium varietas, dum partium diversarum nativæ vel etiã acquisitæ dispositiones imbecilliores adsunt, & hoc modo totius perfectionem impediunt.

Va iatio Imò & variatio tẽperamentorum hic minimè negligenda est, quam ob causam ulterius in præsentía demonstrandum est, quomodo temperamenta ratione ætatum, vitæ generum, aliarumque causarũ variare soleant de quibusomnibus suo loco agetur.

Singulares proprietates *Tandem non negligendæ sunt* quarũdam naturarum singulares pro-

prietates, ἰδιοσυγκρασίας Græci vocant, dum quidam propter occultam sibi cōgenitam causam à casco, quidam ab anguilla, quidam à senæ foliis, quidam à Rhabarbaro, quidam à tormentilla, quidam ab aliis alimentorum ac medicamentorum speciebus penitus abhorrent, cum non parum ad sanitatis tuendæ rationem inserviat cujusq; naturam in individuo nosse, de quibus omnibus in philosophia naturali quę ad individua usq; progreditur, pluribus agunt. Nostrū est, ut missa subiecti cōsideratione nos cōvertamus ad materiam auxiliorum.

Cap. V.

De Aëre Ambiente.

Necessitas aeris ambientis.

INter illa, quæ corpus noſtrũ afficiunt primum locum *aëri ambiẽti*, tribuimus, propterea quod in hujus conſervatione, ſanitatis præ reliquis omnibus maxima ſit neceſſitas: Eam propter inſpirationem, cum eodem denegato præſens ſuffocatio ſubſequatur, quam quatenus extrinſecus corpora noſtra ambit, & per poros cutis occulta tranſpiratione trahitur.

Aer ambiens variabilis.

Hujus natura cum maximè variabilis ſit, mirum non eſt quod aëris ambientis diverſi- modè

modè mutetur, quandoquidem aliæ res nō naturales per intervalla tantum, aër verò continuò adest & spirituosum corporis nostri substantiam afficit.

Est autem in comparatione ad sanitatem humanam conservandam *Aer optimus vel saluberrimus*, *qui respectu substantiæ* purus, tenuis, nitidus, nullis inquinamentis, nullisque vaporib. putridis permixtus, *respectu qualitatum* temperatus, levibusque ventorum & pluviarum commotionibus interdum alteratus est. *Aer optimus.*

Hæc aeris temperata saluberrimaque constitutio plu- *Aeris optimi altera,*

rimum mutatur ubi primum *anni tempora* considerabimus, quæ maximè variant aëris constitutionem, potissimum quatenus Sol diversas zodiaci partes peragrat. *Ver* enim, quo ad aëris ambientis cōstitutionem, temparatè calidum & humidum statuitur, cum hyemis frigiditas necessariò remittat ubi Sol ab æquinoctio verno rursus ad zenith nostrum appropinquare incipit, undè sensim radii solares rectiores redduntur, donec oriantur pleiades vel vergiliæ (ortu scilicet non poetico acronicho ex opposito Solis occidentis, sed

Per anni tempora.

ſed heliaco cum manè ſtella emergit ante ſolis ortum) quorum exortus circa diem ſeptimum Maii, circiter *Æſtatis* initium conſtituit, ubi aër calidior ſicciorque redditur, quod propter angulos magis acutos quotidiè redditos ſenſim quoque collectionem magis diuturná radiorum ſolarium calor & per conſequẽs ipſa ſiccitas quoq; intendantur. Talis aëris exceſſus ex dicta cauſa continuatur uſq; ad Arcturi exortum, ſcilicet heliacũ, qui circa mediũ Septẽbris incidit ubi *Autumni* initium ſtatuitur, & remittente calore frigidior ſicciorque

constitutio ambientis obser-vant, non quidem exactè, sed levi mutatione subindè succurrente, quam ob causam Galeno Autumnus inæqualis est & perdurat ad initum *hyemis*, circa vergiliarum occasum (cosmicum vidilicet quũ manè pleiades è regione solis orientis occidunt) quod acci- accidit in fine Octobris, ubi redditur constitutio ambientis aëris frigidior & humidior, cum recedat *Sol* à vertice nostro, satis obliquos proiiciens radios, brevissimoq; tempore supra nostrum horizontem remaneat. Hæc *Hyemis* constitutio usque ad æquinoctium ver-

num protenditur, adeoq́; hyemis duratio reliquis anni temporib. omnibus est longissima.

Variant autem aëris constitutiones in his anni tempo- ribus pro cœli ratione variis adhuc modis quatenus prętet Solem alia quoque sidera perpendimus. Quis enim tam alienus à cognitione naturæ qui nō sua sponte varias lunæ mutationes & effectus in his inferioribus agnoscat, etenim quadraturæ lunæ ferè quatuor anni tempora qualitatibus suis imitari videntur Galeno & aliis. Taceo, quod experientia confirmet, pleiades, hyades, arcturū, oriona, caniculā, *Per diversas constellationes*

aliaque sidera plurimùm radios solares alterare & per cõsequens ad particulares aëris variationes inservire, vide Querc. in dict. pag. 146. & seq.

Per locorum & regionũ diversitatem.

Porrò sensibiliter etiam ambiens aër regionum & locorum respectu variat, aut in *consideratione ad cœli plagas*, qua ratione regiones aliæ aliis calidiores sunt, prout minus à tropico cancri apud nos remotiores sunt minoremq; latitudinem habent: aut *considerando simul etiam terræ faciem*, quatenus ipsum solum, arenosum, pingue, cænosum, saxosum vel alterius naturæ est, quatenus locus est altus vel humilis

humilis, campestris vel mōtosus, lacubus vicinus, maritimus, vel ad septentrionē, vel ad alias mundi plagas magis patens: Solum .n. arenosum siccum aerē constituit, contrà cęnosum aerē inficit; humilis locus calidior est altiori, quia radii solares magis colliguntur: montosi frigidiores ob ventorum vehementiā, præsertim ubi versus plagam orientis & septentrionis spectāt; Maritimę regiones humidum & crassum aerem obtinēt, inprimis quæ versus septentrionē; minus nocēt circa orientē & occasū, cū à sole magis dispergantur. Hinc accidit, ut

frequenter in una eademque regione, loca, quæ cœli respectu sub eodẽ climate sunt, diversas aeris temperies obtineant.

Per ventos

Præter has aeris mutationes maximèquoq; variant eũdem venti, qui fiunt iuxta Philosophũ expulsu exhalationis sursum elatæ, quæ propter insitam quandam levitatẽ, dum vi frigoris repellitur, quodammodo resistit & obliquè tandem movetur. Est autem ventorum maxima varietas: dum

Varietas ventorum

alii sunt *cardinales*, qui ex certa mundi plaga oriũtur, alii sunt *collaterales*. Cardinales sunt *Eurus*, qui ab ortu æquinoctiali

ctiali procedit & cum suis collateralib. calidus & siccus statuitur, propterea quod Sol ab oriēte prodiens diutius circa horizontem moveatur & superfluas humiditates absumat, *Zephyrus*, qui spirat ab occasu æquinoctiali, & cum suis collateralibus frigidus & humidus statuitur, cum propter breviorem moram Solis in occidentali plaga suam naturam humidiorem exhalatio magis retineat; *Boreas* à septētrione oritur & cum suis collateralibus frigidus & siccus dicitur, cum spiret à locis rigidis, glacie niveq; obductis & à circulo æquinoctiali remotiori-

tioribus; tandem *Auster* à meridie proveniens nobis calidus & humidus est cum suis adjunctis, propterea quod in comparatione ad nostras regiones, vastū mare, maximasquè paludes pertranseat, concurrente regionum istarum sub æquatore collocatarum, caliditate, etiamsi habitantib. circa polum antarcticum frigidus sit.

His ita notatis facilimè patet, qua ratione diversarum qualitatum venti sint, quæ secundum magis & minus differūt, quando puncta diversa in horizonte respectu collateraliū observātur. Imò manifestum quo-

quoq; redditur aerem ambientem insigniter mutari, quatenus regio vel civitas situ suo vim orientalium, meridionalium vel aliorum ventorum citius recipit.

Porrò de ventis irregularibus (ut sunt Ecnephias, Turbo, prester) nihil addendum, nisi quod sensu teste manifestum sit, iisdem vehementissimè qualitates aeris mutari posse, quemadmodum in meteorologicis ulterius declaratur.

Electio ventor

Patet igitur ex dictis, salubriores ex ventis esse eos, qui ab *oriente spirant*, temperatè videlicet calidos atque siccos, quibus aër ambiens ita reficitur, ut prestitutione sub

ſtantiæ noſtræ ſpirituoſæ maximè ſit accommodatus. Secundum locum *ſeptentrionalibus*, tertium occidentalibus tribuimus. At *meridionales*, quòd languores, putredines & ſimiles noxias qualitates introducant, naturæ noſtræ minus convenientes ſtatuuntur.

Hæc ita ſufficiant de ambientis aëris conſtitutione naturali, quam ſæpius tam in ſanitate defendenda, quàm in morbis curandis corrigere cogimur, quam ob cauſam de artificiali aëris correctione pauca ſubjicienda veniunt.

Artificialis ae- Ponamus igitur aërem ex cada-

cadaverum, excrementorum lutorum ac sordium infecto rum pravis qualitatibus infici, facilis erit correctio, si removenda removeantur. At verò quid faciendum, ubi caussæ corrumpentes mutari nequeunt: quid enim faciemus in regionibus vel civitatibus undiquaque montibus cinctis &c. inhabiles profectò sunt ejusmodi loci, præsertim iis, qui sedentario vitæ genere utuntur, quam ob caussam valetudini cōsulendo meliores aliarum regionum habitationes eligātur. Si tamē omninò migratio possibilis nō est, aër squallidus p frequentes ignis lucu-

ris corre-
ctio.

luculentiaccensiones & suffumigationes fragrantes optimè corrigitur, modò idipsum singulis diebus non negligatur.

Porrò quod ulterius calidi tatem, frigiditatem & alias qualitates excedentes ex anni temporibus, cœli statu, locorum varietate vel alias ob causas provenientes attinet: illas ingenio quoque corrigere studemus, dum aerem impensè calidum, ita necessitate morbi vel alia ratione flagitante perfusionibus, cubiculorum ex aqua frigida, herbis refrigerantibus, vitium foliis, salice, lentisco, sempervivo,

vivo, rosis & similibus, hinc inde stratis alteramus. Econtrà hyemis tempore non tantum luculentis ignibus accensis frigus excedens & naturæ nostræ inimicum pellimus, sed simul quoque pro varietate indicantium lignis Medicis, herbis aliisque combustibilibus fragrantibus diversimodè naturam nostram adjuvare possumus.

Cap. VI.

De Esculentis & Potulentis.

POst aëris ambientis considerationem ulterius progrediemur ad ea, quæ faciunt

unt ad humidæ solidæq́, naturæ nostræ restitutionẽ, quam ob causam consequenter *de esculentis & potulentis* agendũ. Hæc communiter *alimenta* dicuntur, quod corpus nostrum alant, & in locum deperditæ substantiæ reponantur; in quo differunt à Medicamẽtis, quæ corpus nostrum alterant, nec in absumptæ substantiæ defectum restitui possunt.

Esculenta & potulenta quid?

Notandum tamen quędam esse *alimenta medicamentosa*, quatenus interdum vim obtinent alterandi, quâ ratione frequentissimè in præscribendis alimentis non tantum admixtio-

Alimenta medicamentosa.

mixtionem, sed etiam ad correctionem excedentium qualitatum respicere cogimur.

Priusquam verò speciatim alimentorum naturam consideremus, ante omnia notandum in determinatione alimentorum non tantum *qualitates*, *quantitates*, sed maximè *modum utendi* considerari debere, nè quid in ordine vel tempore cibandi peccemus. Ut enim *qualitates* alimentorum diversæ sunt; ita necessarium est, quodlibet alimentum non cuilibet individuo propter temperamentorum ac naturarum diversitatem convenire. Porrò quemadmodum

Quæ sint consideranda in alimentis in genere.

Qualitas.

convenire. Porrò quemad-
modum agens proportionatum suum requirit patiens; ita manifestũ est *quantitatem* eandem omnibus exhiberi non posse, cũ vis concoquens aliis fortior, aliis debilior sit. Imo & *ordo*, præsertim ob ciborũ varietatem, diligenter observandus est, cum liquidiora convenientius prius, solidiora posterius assumãtur, propterea quod istorum præsentia ventriculus ad cibum appræhendendum magis disponatur. Nec tandem temporis ratio negligenda, nè propter commistionem cibi crudi cum semicocto causæ mor-

Quantitas.

Ordo.

morbificæ cumulentur.

Interea vero quę corpus nostrũ alere possunt, sese offerũt *vegetabilia*, è terrâ nascentia & *animantia* de quibus in specie agendum; quatenus illa omnia diversis qualitatibus prædita dicuntur, non absolutè, sed respectu nostri corporis.

Diversitas alimentorũ

Hîc primùm sese offerunt *fruges*, ex quibus præparatis panis, aliaque conficiuntur. Agendum igitur de tritico, hordeo, secali, zea, oryza, panico, milio, avena, frumẽto sarracenio, leguminib. &c. *Triticum* calidum, humidum statuitur, unde panis ex eodem confectus, si modo ꝑpter visci-

De frugibus.

Triticũ.

ditatem

ditatem sibi connatam fermento & sale ritè correctus sit optimè nutrit & perdurans præbet alimentũ: presertim ubi recens unius diei spacio tantũ post cocturã comeditur.

Zea, Huic proxima est *Zea,* vulgò spelta, quam in Thuringia & aliis locis copiosè ferũt, imbecillius tritico, & plus hordeo nutriens.

Secale Mox sequitur *Secale,* frumenti genus, quâ communiter in Germania utimur, hordeo calidius est & paulò recedens à caliditate tritici, cujus panis difficilior est ad coquendũ quam triticeus; optimè tamen nutrit & solidum præbet ali-

mentum, modo fermentatio-ne, salis additione, vel etiã pro lubitu seminibus aperientib: adjectis justo modo p̃paretur.

Hordeum denique non raro pauperibus & presertim in annonæ caritate, præbet materiam panis, qui tamen minus salutare alimentum suppeditat cum frumentũ sit frigidius. Commodè tamen pro alimento medicamentoso adhibetur hordeũ in confectione Ptisanæ hordeaceæ, quæ vim abstergendi cum temperatâ vi refrigerandi possidet. *Hordeum.* *Ptisana.*

Porrò sequitur *Oryza*, quæ temperata ad siccitatem & caliditatem inclinans statuitur, *Oryza*

D cum

cum lacte cocta pultis instar multum nutrit, quodammodo astringit & crassitiem auget.

Pani-cum. Mylium *Panicum & Miliũ à* caliditate declinant, magis astringunt, nec admodum nutriũt, ubi tamen hoc illi præfertur.

Avena. *Avena* calidæ naturæ, iumentorum cibus est communiter, ex qua tamen frequenter corticibus detractis pultes & iuscula conficiuntur nõ inutilia iis, qui catarrhosis affectibus & collectionib. pituitosis circa pectus obnoxii sunt.

Frumentum. sarracenicum. *Frumentum sarracenicum* cibus communis est in Germania,

nia, pultis forma coctũ & præparatum, concoctu difficile est, ideoq; laboriosis tantùm conveniens.

Inter legumina primo *Pisa* considerantur, frigidæ siccæ naturæ, simulq; flatus, præsertim ubi viridia sunt, generantia, quorũ brodium alimentum constituit medicamentosum, ob singularem vim abstergendi. *Pisa.*

Cicera calida sicca statuuntur, flatus progenerant & per consequens alvum atq; urinã imprimis movent, quã ob causam in obstructionibus Nephriticis frequenter usurpantur. *Cicera.*

Faba. *Fabæ* crassius, ob terrestrem ac siccam naturam suam, alimentum præbent, non nisi robustiorib. exhibendæ, quas meritò declinant illi, qui passionibus capitis obnoxii.

Lens. *Lentis* vires variant, quatenus earundem decoctum atq; substantiam perpẽdimus. Etenim decoctum vim habet aperiendi, laxandi, penetrandi, quam ob causam alvum laxat, variolas expellit & urinam movere potest; at substantia, quæ unà cum cortice conjuncta est, si copiosè comedatur, vim alvum obstruendi possidet.

Phaseoli. *Phaseoli* quoque hùc pertinent,

nent, quos olim concoctu dif ficiles & cruditatis pituitosiques humoris copiam generantes statuerunt; hodie tamen immaturi aceto, sale & oleo cōdiuntur, gulæ potius, quàm alimenti gratiâ.

Post leguminum classem perpendenda sunt olera, herbæ, radices fructus & pauca quædam semina, quorum usus potissimum in cibis condiendis.

Inter olera & herbas frequenter *æstivo tempore* utimur *frigidoribus*, ut Portulaca, Endivia, Cichoreo, Acetosa, lactuca, ut & *temperatis*, ut Buglossa, Borragine, Asparago,

lupulo, Beta, Spinachia, &c. *Tempore hyemali* magis conveniunt *calidiora*, ut sunt Serpillum, Thymus, Hyssopus, Salvia, Menta, Amaracus, Satureia, Rosmarinus &c. quocũq; tempore ferè, potissimũ apud indigentes, *Brassica* prostat.

Portulaca. In forma Acetarii, vel etiã jusculi, çum butyro vel oleo ꝑparatur *Portulaca*, quę frigida humida est, biliosis naturis cõveniens. *Cichoreum.* *Cichoreum* frigidum siccum, amaritie suâ singulariter hepati calidiori & ad obstructionẽ propenso convenit, ꝙ maximè radices ejus decoctæ perficiunt. *Acetosa.* *Acetosa* frigida sicca est, suaq; aciditate penetrat, & omni-

omnib. putredinibus resistit, sive cũ aceto & oleo sumatur, sive cũ pullis gallinarũ coquatur, ubi cibum febricitantib. accommodatissimum constituit. *Lactuca* frigidior est, quã ob caussam Nasturtio Dracunculo esculẽto, vel similib. herbis calidiorib. in acetariis corrigitur, modicè sumpta fervorẽ bilis in naturis calidioribus temperat, & per consequens sanguinem temperatum reddit, optimeq; corrigitur, si ante præparationẽ cum oleo & aceto aquâ ferventissimâ pfundatur. *Buglossa* & Borrago temperatam naturam habent maximeque conveni- *Lactuca.* *Buglossa & Borrago.*

unt

unt ob ſingularem proprietatē ſpiritibus reficiendis, præſettim ſi flores eorū frequenter uſurpentur. *Aſparagi & lupuli* eminentiæ, leviter coctæ cum aceto atq; oleo parantur & non palato tantum cibum gratum conſtituunt, ſed commodè quoque ab iis uſurpantur, qui viſcerum obſtructionibus obnoxii ſunt, cum vim aperiendi & craſſos humores incidendi poſſideāt. Beta quoad ſuccum detergit, nitroſâ quadam qualitate, quam ob cauſam alvū laxat, aliâs calida ſicca ſtatuitur; ideoq; tantum ab æſtiva olera pertinet quare

Aſparagus Lupulus.

Beta.

quatenus abstergendo biliosas collectiones excernere iuvat.

Spinachia propter vim refrigerandi & humectandi cum pipere, sale & oleo meritò corrigitur, parum præbet alumenti, & serosos humores generat. Correcta tamen leniendo pectoris asperitati cōvenit. *Spinachia.*

Porrò *frigidioribus naturis* atque imprimis hyemali tempore commendatur *Serpillum*, quod calefaciendo, digerendo & aperiendo concoctionē adiuvat, cōdimenti loco cū iusculis, aliisq; cibis misceatur, quapropter convenit omnib. qui difficulter spirant & fluxionibus frigidis obnoxii sunt. *Serpillum.*

Quibus acrimoniâ suâ displi-
Thymus cet serpillum, hi *thymum* substituant, qui manifestè quoq; calefacit &incidit, sapidosque
Satureia. cibos efficit; sicut etiam *Satureia*, quæ in cibis assumpta grata, maximeque accommodata est iis, quibus viscoforum phlegmaticorum humorum copia incidenda, concoctio corroboranda, stomachusque frigidior calefaciendus est. I-
Hyssopus mò & *Hyssopus* in talibus minimè negligendus cum caliditate ac siccitate contra collectionem pituitæ plurimùm fa-
Salvia. ciat. Porrò *Salvia* quoque præstans est ciborum condimentum, quando calefacere,

sic-

ſiccare, leviterque pro partium robore cõſervando aſtringere conamur, imprimis in iis, ubi talia capitis reſpectu requiruntur. Huc etiam pertinet *Amaracus*, quando reſpectu fluxionum capitis digerendum, attenuandum, aperiendum & roborandum eſt, quod maximè quoque, ſi reſpectu ventriculi idipſum requiritur, per uſum *Menthæ*, ut & *Abſinthii* præſtare poſſumus. Tandem *Roſmarini* etiam non tantum odor atque ſapor cibos commendat, ſed maximè quoque capitis imbecillitate per frigidas fluxionũ collectiones oborta, laboran-

Amaracus vel Majorana.

Mentha Abſynthium.

Roſmarinus.

tibus convenit, vi sua attenuandi, digerendi, roborandique.

Brassica.

Supereſt ultimò *Braſſica*, cujus præcipuè duæ ſpecies notantur, *viridis* videlicet, foliis expanſis & abundè criſpis, atque *alba* ſeu *capitata*. Num calida vel frigida ſit, penes Authores claſſicos incertum eſt: nos diverſas partes in eâdem agnoſcimus, quatenus decoctum ejus primùm ventrem laxat, remanente vi conſtringendi in ejuſdem ſubſtantia. Præfertur autem *viridis*, cujus primum brodium vim quandam expurgatricem poſſidet, quã ob cauſſam optimè conve-

An calida vel frigida.

convenit iis, qui circa mesenterium, lienemq; facilè obstru ctiones patiuntur. Deterior est *capitata* sive in acetariis recens, sive sale condita suum acorem contraxerit, cum difficilis concoctionis, paucissimi alimenti, prompteque succos Melancholicos vel atrabilarios producat. Utraq; propter acrimoniam ventriculo noxiam commodè salubribus & imprimis pinguioribus carnibus præparatur & robustioribus potius, quàm literatis convenit.

Porrò, quoad radices esculentas sese offerunt rapum, Raphanus, Petroselinum, Si-

ſarum, Sarſifi, Paſtinaca, Sativa, Beta rubra, tartufli, &c. *Rapum* Rapum, ubi benè coctum eſt, alimentum præbet calidum & humidum, quam ob cauſam ſpleneticis commendatur imprimis decoctum rapi Quartanariis maximè prodeſt. *Raphanus* Raphanus imprimis *ruſticus* vim habet incidendi, attenuandi, renum calculos evacuandi, lapidemque conterendi, quam ob cauſam condimenti potius, quam alimenti cauſſa adhiberi debet iis poſtiſſimum cibis, qui propter difficiliorem digeſtionem attenuatione & inciſione indigent. Sunt tamen ex hortenſib.

sib. Raphanis quidã in acrimonia magis temperati, quos ii qui stomacho robustiores sunt, commodè quoque carnibus assatis in mensis addunt. *Petroselinum* singulariter vias urinarias respicit; ideoq; tam quoad herbam, quam quoad radicem commodè quibusdam cibis additur, sed modicus ejus usus commendatur, ne copia frequenter usurpatũ succos crudos ad vias urinarias sat citò dirigat. *Sisarum* non tam frequens est apud omnes, suâ tamen dulcedine & jucunditate satis innotescit quotidiè, cujus radicis usus sanitati convenit, cum facilè coqua-

Petroselinum.

Sisarum

Tartufli coquatur & vim diureticam in se contineat. *Tartufli*, Grubslingbaum / id est, tuberum arbor, quibusdam *Siserum peruvianum* dicitur, estq; Solanũ tuberosum, & præparatur hodiè instar cardui Hispanici, crassius præbet alimentum, quam ob causam in Atrophia commendatur.

Pastinacea Sativa. *Pastinaca Sativa*, seu *carotta lutea* frequens etiam in usu est, quæ ritè concocta, donec convenientem mollitiem acquirat, modicè nutrit, urinam pellit, & Nephriticis convenit. *Beta rubra radix.* *Beta rubræ radix* cocta & raphano, fœniculo & similib. cum aceto & oleo condita sumitur,

mitur, unà cum aliis cibis sic-
cioribus, quæ movet appeti-
tum, & si benè digeritur, vias
urinarias expurgat. *Porri &* *Porrum*
Allii radix à quibusdam frequē *& Alliū.*
ter usurpatur, vel per se vel cū
aliis cibis, condimentum ru-
sticis adæquatum, quorum
Theriaca dici potest, faculta-
tis est calefacientis extenuan-
tis & incidentis. *Cæparum* usus
crebris ructibus & ad caput *Cæpæ.*
evaporationib. molestus est,
qui aliâs cum carnibus deco-
ctis, vel aliâ ratione adhibitus,
viscera deterget, ab obstructi-
one liberat, & renum atq; ve-
sicæ mucilagines impuras at-
tenuat atque expurgat.

Inter

Inter *fructus* ab iis incipiemus quos *herbæ quædam* producũt, ut sunt Melones, Cucumeres, Cucurbitæ Artiſcocæ vel fructus Cinaræ, Fraga, Mirtilli, cappares fungi terræ & simi. les: hos sequentur alii potissimum à *fruticibus & arboribus desumpti* ut sunt Uvæ, Amygdalæ, Pistacca, Pinæ, nuces iuglandes, Mala, Mala aurea, citrea, Pyra, Cerasa, Castaneæ, Mespila, Olivæ, Persica, Cydonia, Mora, Ficus, Pruna &c.

Melones *Melones* delicatis & Magnatibus suavissimi sunt, ubi cum Saccharo & Pipere comedun. tur: aquosam atque frigidam naturam habent, ideoq; in ma-

magno æstu sitim sedant & aquositate suâ renes detergent, sed facilè corrumpuntur in stomacho, nisi vino generoso corrigãtur. *Cucumeres* immaturi sale condiuntur & modicè in acetariis apponuntur, frigidam & minus humidam Melonibus naturam possidentes, iis maximè convenientes, qui calidiores & ventriculum fervidiorem otbinent, in copia frequenter usurpati succum crassiorem generando pituitosos atque crudos succos cumulant. *Cucurbitæ* frigidam & humidam naturam obtinent, quas quidam pultis formâ pro alimentis conficiunt: *Cucumeres.* *Cucurbita.*

ciunt:

ciunt: vix conservationi sanitatis conveniunt, nisi per additionem corrigentium vis humida frigida perfectissimè corrigatur, quam ob causam potius visus & Medicinæ, quã alimenti gratiâ coluntur. *Artischoca* vel *Cinaræ fructus* calefacit & siccat, flatulentus est & per consequens venerem stimulat, si justo modo pipere, pinguique carnium jusculo præparetur. *Fraga* frigidam siccam naturam habent & cũ vino ac saccharo commodè stomacho vacuo (cum aliâs facilè corrumpantur) à juvenibus & calidioribus comeduntur, ubi non solùm bilis

Artischoca.

Fraga.

fervo-

fervorem temperant, sed etiam jecoris lienis atq; renum obstructionem præcavent. *Myrtilli* refrigerant quoq;, siccant & obstructiones pariunt, quam ob causam non nisi robustioribus tantum conveniunt, cum cōcoctu difficiles sint, crudosq; succos generent. *Cappares amaritudine* sua incidunt & purgāt, *acrimonia* digerunt & calefaciunt, *acerbitate* densant & constringūt, quam ob causam diversimodè agunt, pro diversitate subjecti, quod inveniūr. Communiter autem appetitus excitandi caussâ cum aliis cibis sumuntur. Tandem de

Myrtilli.

Cappares.

terra

terræ fungis etiam hic aliquid addendum, quos omnes (exceptis venenatis, angue peius fugiendis) aqueum & crassum alimentum præbere notum est, quapropter non nisi modicus & rarus eorum usus commendatur.

Vvæ. Porrò de fruticibus & arboribus plurimi quoq; fructus esculenti proveniunt. *Vvæ* recentes atque passæ commendantur. Inter *recentes* eligun- tur dulciores, quæ succum calidiorem austeris atq; acidis obtinent & flatulentæ sunt, ubi copiosius ingeruntur, ac diutius retentæ, colicos dolores, lienis tumores & alia hu-

jus

jus generis mala excitāt. Voluptatis potius, q̃ alimenti gratiâ vacuo stomacho comedũtur, ubi laxant. Inter *uvas passas* maxima quoq; respectu saporum differentia est, ubi inter maiores commendantur dulces, quæ simul aliquid acerbitatis possident, quas ventriculo & iecori plurimum amicas esse statuimus. *Minores* nucleis carentes leniendo pectori maximè convenire notum est, quas & in alvo laxando tutissimè exhiberi posse constat. *Amygdalæ* sunt dulces & amaræ: *quarum illæ* temperatè calidæ, humidæque statuuntur, & boni succi nutrimentum *Amygdalæ.*

præ-

~~ſtatuuntur, boni ſucci nutri-~~
~~mentum~~ præbent, iis præſer-
qui tim febribus hecticis vel alia
ratione conſumuntur: *hæ* pro-
pter amaritiem vim maiorem
extenuandi & craſſos viſcidoſ-
que humores expurgādi poſſi-
dent quā ob cauſam iis conve-
niunt, qui ad iecoris obſtructi-
Piſtacia. onem proni ſunt. Ut autem
Pinea. cum amygdalis amaris *Piſta-*
Nux iu- *cia:* ſic etiam cū dulcibus *nuces*
glans. *pineæ* quoad vires comparari
poſſunt. *Nux iuglans viridis* &
immatura cū ſacharo condita
medicamentū utile ſtomacho
nec palato ingratum conſtitu-
it, cujus uſus accommodatus
eſſe poteſt in magis fauciū in-
flam-

flammationibus. Matura verò difficulter concoquitur, & capite pectoreque laborantibus nocet. Substantiam habet oleosam, quam ob causam commodè sale corrigitur ne viscerum obstructionibus ansam præbeat. Inter *avellanas* præferuntur domesticæ, quoad formam oblongæ, quæ recētes potius, quam exsiccatæ commendantur, plus quidē alunt prioribus, sed æquè difficulter coquūtur & diutius in stomacho latitantes dolorē capitis facilimè procreant. *Pomorum* maxima differentia est, quam ob causam pro diversitate saporū varias

Avellana.

Poma.

quoque facultates obtinent, ubi *dulciora* præferuntur, ex quibus aliquid alimenti non tam illaudati, minusq; refrigerantis sperari potest; simul liberiorem transitum per alvum possidētia, quâ de causa laxare dicuntur: crudam, rarã atq; frigidam substantiam habent, quam ob causam frequēter usurpata crudos succos in nobis cumulãt & phthisin causare creduntur. *Mala aurea seu poma arantia* sapore differunt; dũ alia sunt dulcia, quæ succũ modicè calefacientē possidēt, alia sunt acida, quæ refrigerãt, penetrãt, putredini resistũt & sitim in calidis constitutionibus

Quomodo phthisin generent v. Alex. lib. 10. sal. lub. c. 2. Mala aurea.

3

nibus optimè sedant. *Mala citrea* succum possident omni putredini sanguinis ac veneno resistentem, quam ob causam egregiè roborant & potius cũ Arantiis medicamentorum, quam alimẽtorum classi annumerantur. Cõdimenti tamen loco jucunditatẽ cibis quam plurimis addunt non tantum respectu succi, sed ẽt corticum ratione, qui cum corticibus arantiorum non tantum venenis resistunt, sed præter jucunditatem, quam cibis conciliant, amica sua astrictione ventriculum quoque roborant. *Mala citrea.*

Pyris magna varietas inest, quibus omnibus vis astrigen- *Pyra.*

di tribuitur, quanquã in dulcioribus perfectè maturatis non admodum deprehendatur. Hinc in principio sumpta laxam alvum sistunt & modicè nutriunt: contra post alios cibos usurpata ventriculum claudunt, evaporationes ad caput impediunt & per accidens alvũ aperiunt. Parum nutriũt & imbecillioribus nõ nisi cocta conveniunt.

Cerasa. *Cerasa* quoque suas differentias multas habent, imprimis alia sunt acida alia dulcia, quorum illa modicè refrigerant, nec admodum mali succi sunt; hæc verò propter superfluã humiditatẽ facilè

cilè putrescunt, ideoq; prioribus deteriora sunt. *Castaneæ* crudæ propter astrictionem & flatulentiam noxiæ sunt: at ubi coctæ vel frixæ sunt, alimentum præbent durabile, ventrem astringunt & stomachum optimè sanū requirunt; aliâs difficulter coquūtur & ægrè distribuuntur. *Mespila* non nisi sat maturata & emollita comeduntur, vi refrigerandi, siccandiq; prędita quæ parum alunt ac difficulter digeruntur. O*liva* immaturæ condiuntur, ubi frigida & astringente sua qualitate potius appetitus, quā alimenti gratia cum aliis apponūtur.

Castanea.

Mespila

Oliva.

Oleum commune.

obi

Obiter tamen hic olei natura minimè negligenda; quod ex recentis benè maturis olivis exprimitur & sua temperata natura nobis amicū est, q̃ ob caussam plurimorū ciborū excedētes qualitates, dū admiscetur, ad convenientem temperiem redigit. *Persica.* *Persica* frigidam atq; humidam naturam obtinent, quam ob caussam facilè corrumpuntur & non admodum alunt. Qui delectantur hoc fructu, non nisi ante mensam eodē utantur, qua ratione laxat alvū, facilè descendit, nec ita putridos humores generat, quàm tunc temporis, cum post alios cibos ingeritur.

Cydo.

Cydonia frigidam ſiccam natu- *Cydonia*
ram habent, venenis reſiſtunt
& cordis vires corroborant,
parum alunt, difficulter co-
quuntur, ideoque commo-
dius inſtar medicamenti pro
claudendo, corroborandoq;
vẽtriculo poſtremo loco ſumũ
tur; ſive coquantur per ſe, ſive
cùm ſaccharo cõdiantur. *Mo-* *Mora*
ris vis humectandi modicèque
refrigerandi convenit, quam
ob cauſſam bilis æſtum tempe-
rant, & alvum laxant, ubi va-
cuo ſtomacho ſumuntur,
cum aliâs quòd facilè putre-
ſcant, noxia ſint. *Ficus recentes* *Ficus.*
calidæ humidæq; ſunt, quam

Caussam

alvi laxandæ gratiâ jejuno stomacho comeduntur; ast siccæ calidiores & ficciores fiunt; quapropter vim abstergendi & attenuandi possident. *Pruna* præsertim Ungarica & Damascena commodè post exsiccationem ad usum veniunt, ubi bilis acrimoniam temperant, facilè coquuntur, modicè nutriunt & alvum apertam retinēt. Notandum tamen, quod frequentissimus usus prunorum imbecilliori ventriculo non conveniat, propterea quod robur eius laxando dissolvat.

Pruna.

Superest ut aliquid de *seminibus* quibusdam subjiciamus, ubi primum sese offert *Sinapi*, quod

quod calidum atq; siccũ est, & vim acrẽ atq; urentẽ possidet, quã ob causam potius cõdimenti, quam alimenti gratia adhibetur, & iis temperatur, q̃ acrimoniam eius retundunt, ut musto, succo pomorum dulciũ, & similibus. Commodè cum cibis crassis atq; viscosis adsumitur, imprimis hyberno tempore, cũ cautione tamen ab iis q capitis & oculorũ imbecillitate laborant. *Anisũ* calefacit, siccat, flatus discutit, una cum cibis aliis commistũ non tantum saporẽ reddit iucundiorem, sed ẽt digestionẽ adiuvat: q̃ ob causam panibus non tantum odoris, saporis, Sinapi. Anisum.

sed etiã digestionis gratiâ inspergitur. Saccharo obductũ oris halitum commendat & cerebro humidiori conveniens est. *Carum* seu *Cuminum pratense* acrius est aniso, quapropter vehementius digerit, & vias urinarias expurgat, cõmodéque cum cibis difficilioris concoctionis, imprimis carnibus animalium senescentium coquitur: Huc etiam pertinet *semen cumini sativi*, quod egregiè quoq; calefacit, aperit, discutit, flatus resolvit & frigidioribus naturis frequenter in jusculis vel alia ratione sumptum convenit. Imò & *fæniculi* quoq; semen tàm propter saporis

Carum.

Cuminũ

Fæniculum.

poris, jucunditatem, quā suarū qualitatum excellentiā cōmodè condimenti loco viscidis, crassis & concoctu difficilib. cibis additur; cum viscerū infarctus præcaveat & ventris tormina tutissimè sedet.

Hactenus de *vegetabilib.* sequūtur alimenta, quæ desumūtur *ab animantib. terrestribus, volatilibus & aquatilib.* Hîc priusquā integra animantia consideremus, de partibus diversis animaliū perfectorum agemus. Etsi verò partes pro diversitate specierum variēt in genere tamen maximā habent cōvenientiā, quæ ꝑ natura cujusq; restringitur. Ita *pedes animalium* *Alimēta ab animalibus desumpta.*

Pedes animalium. *malium* quorumcunque propter membranosam & exanguem naturam frigidam, lentum & glutinosum præbent nutrimentum; ideoq; difficilius coquuntur, imprimis illi, qui sunt animaliū, quorum caro aliâs concoctioni difficilior est. Juniorum autem & humidiorum animantium pedes, propterea quod optimè nutriāt, hecticis & phthisicis frequenter præscribuntur, si non ratione substantiæ, saltem ratione succi per formam gelatinæ cum aliis appropriatis. *Cor* propter fibrosam suam substantiam

Cor. dif-

difficilis est concoctionis: cõ-
coctum verò solidam substan-
tiam optimè nutrit propterea
ꝙ succum præbeat stabilem.
Iecur habet naturã sanguineã *Iecur.*
quam ob causam optimum &
temperatum præbet alimen-
tum, quando desumitur ab
animalibus minus adultis &
salubriori pabulo nutritis. Ie- *Pulmo.*
core rarior est *pulmo*, quam
ob causam facilius coquitur
& alimentum præbet tenuius.
Renes adultorũ animantium *Renes.*
difficulter coquũtur, & sangui-
nem crassum progenerant: at
cum à tenerioribus animali-
bus sumuntur, succi sunt me-
lioris, saporis iucundioris &
con-

Lingua. concoctionis facilioris. *Linguæ* substantia boni succi est, nec admodum difficulter coquitur, modò non sit senescentium animalium. *Cerebri* substantia justam requirit cõdituram per aromata, semina, vel etiam herbas excalefacientes, siccantes & digerentes additam, cum aliâs pituitosum, crassum atque concoctu difficilem succum suppeditet. *Intestina & ventriculus* ob membranosam suam naturam alimentum prębent frigidius atque viscosius; ideoque requirunt optimam præparationem atque condituram, imprimisque robustioribus conveniunt.

Cerebrũ.

Intestina. ventriculus.

veniunt. Si tamen de vitulis duorum mensium extrahantur, commodum alimentum iis constituunt, qui calore superabundant, vel ad hecticam inclinant.

Tandem sequitur *Caro musculosa*, quæ pro diversitate animalium maximè variat; quapropter in specie pluribus de eadem tractandum, ubi initium faciemus, *à Carne suilla*, cū Galenus & alii eandem reliquis præferre videantur. Hanc absolutè salubrem cum plerisq; non statuimus, optimè quidem nutrit, solidum præbet alimentum & ætate florentibus ac robustiorib. est *Caro suilla.*

accom-

accommodatissima, quamvis habeat abundantem humiditatem lentam, minusque perfectè concocta facillimè diversos excrementitios humores producat, qua de causa vulneratis, scabiosis, aliisque tumoribus & fluxionibus obnoxiis minimè convenit. Eligenda tamen *suilla* est *mediæ ætatis*, assata potius quam elixa, si recens est, quæ stomacho valentiori magis accommodata redditur, cum sale macerata modicè fumo siccatur. Melior & sanitati convenientior est *Aprugna*, cujus natura siccior est suilla domestica, quanquã difficulter quoque

Aprugna.

co-

coquitur, nisi justo modo præparetur. *Agnina* caro nutrimẽtum humidũ ac pituitosum producit, quam ob caussam commodè vel cũ seminibus calefacientibus, carui, Fæniculi, radicibus Petroselini & similibus coquitur, vel assata potius comeditur. Hac melior est *Vervecina*, nimirũ agni adultioris castrati, quæ ad moderatam caliditatem & humiditatem declinat & succum bonum generat. *Arietina* ut & *Ovilla* caro non admodum commendantur, quarum illa, præterquam quod difficilis sit concoctionis, malique succi, fætore suo pluribus inimica est

Agnina.

Vervecina.

Arietina.

Ovilla.

est, hæc vero crassum, pituitosum atque noxium præbet alimentum tàm propter frigidã atque humidam naturam ovium, quàm quòd partuũ frequentia reddantur effætæ. *Capreoli sylvestris* caro maximè cõmendatur: cum facilè coquatur, pauci sit excrementi, nutrimentum siccius quodãmodo subministrans, quam ob caussam optimè magnatibus naturâ humidioribus convenit. *Bubula* caro stomacho sano cõvenit, difficilius digeritur: digesta tamẽ solidius pbet alimentum, sanitate constanti præditis cõveniens. Fugienda tamen caro *Vaccarum*, boũque

Capreoli Sylvestris.

Bubula.

Vaccina.

que emaciatorum, præsertim ubi temporis tractu propter ętatem inclinantem durior evasit. *Vitulina* temperata est, bonum succum generat, ac facilè concoquitur, cujus alimẽtum eò nobilius redditur, quò magis herbis seminibus & aromatibus fragrantibus ac modicè siccantibus præparatur, cum aliquid superabundantis humiditatis adhuc possidere videatur. *Cervina* caro siccioris naturæ est, q̃ ob causam solidã substãtiam optimè nutrit, & prõptè nisi præparatio & correctio accedat, viscera obstruit, imprimis ubi ab iis, qui ex Magnatib. sedẽtariâ vitâ delectantur, *Vitulina* *Cervina*

delectantur, quotidiè sumitur. *Leporina* cũ prædicta convenit in eo, quod siccius præbeat alimentum, q̃ ob causam quotidianus eius usus sanguinem Melancholicum generare dicitur: habetur alias meritò in delitiis & naturis humidioribus fluxioni obnoxiis optimè convenit, hinc probè concocta floridum faciei colorem procreare creditur.

Leporina

Atque hæc de Quadrupedibus, ubi colophonidis instar aliquid de *Lacte, Butyro, & Caseo* subjiciendum. Quomodo *Lactis* generatio fiat, ex physicis notum est: sufficit in præsentia, ut sciamus Lac natu-

Lac.

naturam atque temperamentum sanguinis imitari, quatenus lovi mutatione ex eodem generatur, ac differt pro diversitate animalium, quatenus aliud est *Bubulum*, aliud *Caprinum*, aliud Ovillum, ut taceamus de *asinino*, quod olim admodum erat in usu. Sunt autem *tres lactis partes*, nimirum *Butyrosa*, *Caseosa*, & *Serosa* qua ratione pro respectu hujus vel illius abundantis, ipsum lac etiam, ante coagulationem diversimodè operatur. Hinc patet Lac *Bubulum* admodum nutrire, cũ pinguissimum sit & butyrosa substantia præ aliis abundet: *Ovillum* dif=

Bulbulũ.

Ovilum

difficilius digeritur, cum ca- seosa materia in eodem magis
Caprinũ excedat: at *caprinum* quasi me- diam naturam habet ac serosa sua substantia temperata vim quandã abstergendi continet. Manifestum igitur est lac eò celerius per ventrem descen- dere, & minus obstruere, quò tenuius ac serosius est, eò ma- gis alere, minusque ventrem subducere, quo crassius atque pinguius est. Cibus igitur est facilis concoctionis, iis cõve- niens, qui citò reficiendi sunt; ubi tamen cautio adhibenda, nè ventriculo impuro copio- sè ingeratur, cum facilè corrũ- patur, acescens videlicet & in
bilem

bilē degenerans ac obstructionib. viscerum occasionē præbēs qua de caussa cū lactis usu vitāda omnia ea, quę coagulationē ejus inservire possunt, ut sunt vinum, acida & austera omnia, quæ etiam extra stomachum lactis coagulationi occasionem prębere videmus. Præcavetur coagulatio per additionem Salis & Sacchari, quod bene notandum in emaciatis & phthisicis, quando iisdem lactis usus conceditur. *Butyrum*, quod ex flore lactis conficitur, oleosam, calidam & humidam naturam habet, optimumquè condimentum pluri-

Butyrū.

plurimorum ciborũ tempera-ta ſua natura conſtituit, bene nutrit, ventriculum tamen laxat, ideoque potius ante ci-bos alios quam poſt eoſdem ſumitur. Ex butyri cõfectione

Lac acidũ. ſupereſt *lac acidum*, aquoſum & ſeroſum alimentum ſuppe-ditans, calidioribus ac robu-ſtioribus naturis conveniens, cum vim refrigerantem & ab-ſtergentem habeat. *Caſeus* ex

Caſeus. coagulata craſſiori lactis ſub-ſtantia conficitur: ideoque dif-ficilis eſt coctionis, & craſſum præbet alimẽtum, eligitur æ-tatis ratione nec omninò re-cens, qui frigidus, humidus & flatulentus, nec omninò

ven-

num succum suppeditans, *quem dat avara manus*, sed mediæ ætatis, moderatè dulcis pinguis, in duritie & molitie temperatus, qui variat pro ratione diversarum specierum animalium, pro varietate locorum, temporum, in quibus pascuntur animalia, maximèque pro ratione præparationis. Optimè nutrit *vaccinus*, sed difficulter coquitur: proximus huic est *ovillus*, qui citius digeritur & minus crassus est, ideoque priori præfertur. *At caprinus* utrique postponitur. Rationes addit *Alexand. lib 12.* Salub. cap. 10. quia serosa temperata pars deperdita est, quæ

qua ratione bonitatem lactis ad...

addebat præſens, eâdem caſeo aufert deficiens ipſa, ſolaq; relicta caſeoſa & butyroſa, iiſq; minimis, tanquam ex animali natura ſicciore & calidiore &c. Quò autem loca & anni tempora ſalubriora paſcua pecoribus ſubminiſtrant, eò etiam caſei præſtantia maior eſt, quam adjuvat præparatio, quâ non rarò per additionem herbarum & ſeminum califacientium noxæ pertimeſcendæ corrigũtur: hinc Mentha, Maiorana, Serpillum, Salvia, Roſmarinus, Cardui ſemen, Aniſum, Fæniculum, imprimiſq; ſalis aliqua portiuncula non incommodè ſubſtantiæ

Vid. Läg. lib. 2. Epiſt. 28

ca-

casei in ipsa confectione solet admisceri. Post casei prçparationem *Serũ* superest, aquosa, & abstergens lactis substantia, quæ nõ alimenti, sed frequentissimè, cũ nondũ aciditatem cõtraxit, medicamenti loco, refrigerationis & abstersionis gratia, bibitur. *Serum.*

Ad *Volatilia* progredimur, de quorum natura speciatim agendum est, initio facto de *Gallinis*, quarum caro temperata, facilisque concoctionis est, unde bonum ac laudabilẽ sanguinem procreat ac literatis & aliis, qui minus laboribus exercentur, optime convenit. His teneriorem & hu- *Volatilia.* *Gallina.*

convenit. His teneriorem & humidiorem carnē obtinent *Pulli*, quam ob causam ficciori bus èo magis conveniunt, ubi medium tenent *Capones*, quorum caro multum nutrit ac succum stabilem submiņistrat. *Galli domestici* durioris & sicci-oris substantiæ sunt; ideòque difficilius digerūtur: at juniores *Indici* plurimū nutriunt, nec succi bonitate Caponibus cedunt: *Anserum & Anatum* caro difficulter coquitur, & facilè, nisi robore naturæ perfectius digeratur, in excrementitios succos abit; sanis nihilominus & robustiori stomacho jucundum alimentū præ-

Pulli Gallinarum.
Capones
Galli domestici.
Indici.
Anser.
Anas.

præstat, modò cōveniens sagi-natio præcesserit, justaq; præparatio subsequatur. His *domesticis* præferūtur *Sylvestres*, quorum caro minus excremētitia est, citiusq; digeritur. *Colūbæ* presertim sylvestres, & post has domesticę, calidam siccā habent naturam, quam ob causam difficilis concoctionis & alimenti Melancholici esse dicūtur, quod tamen minimè ꝓcedere statuimus in junioribus, quas ritè præparatas bonū nutrimentum, iis præsertim, qui frigidis fluxionib. obnoxii sunt, præstare concedimus. *Perdix* temperatam naturam habet ad siccitatem *Columba.* *Perdix.*

quodãmodo inclinantẽ, optimè nutrit & pauci excrementi eſt; q̃ ob cauſam nõ tantũ nutrire, ſed ẽt primã concoctionem optimè corroborare creditur, ſi annuo ſpacio quotidiè uſurpetur. *Coturnix* ob calidam humidam naturam non admodum ſalubre præbet alimentum, ſi frequentius & copioſus aſſũatur. *Turdus* à Martiale pręfertur avibus aliis, cujus caro non jucunda tantum, ſed optimè nutriens & boni quoque ſucci eſt, minus excrementiæ naturæ poſſidens, pręſertim autumnali tempore, dum uvis maturis & juniperi baccis veſcitur. *Alauda*

Coturnix. *Turdus.* *Alauda*

pa-

parum à caliditate & siccitate Turdorum recedit, quam ob caussam optime pinguescit, eamq; ob caussam alimentum bonū suppeditat. Has sequuntur *Sturnus*, *Passerculus*, *Cauda tremula*, *Merula*, *aliaq́; aves*, quæ licet à prædictarum bonitate recedant, in genere tamen ad gressilium carnes relatæ, siccius præbēt alimentū. *Sturnus.* *Passerculus.* *Cauda tremula.* *Merula.* *Ova.*

Appendicis loco de Ovis aliquid annectendum, quæ ab animalibus volatilibus desumuntur, ubi maximè in usu sunt *Ova Gallinarum*, in quibus considerādæ sunt duæ partes: *Vitellus* & *Albumen*. Istius natura est calida humida, faci-

lis concoctionis & benè nutriens; at hujus qualitates sũt frigiditas & siccitas, quã ob causam stabile nutrimentũ præbere potest, sed robustiorem calorem concoquentem requirit. Hinc manifestum est optimum, copiosum ac salubre nutrimentũ subministrare nobis *Ova*, præsertim dum elixantur, ut fiant tremula, cũ aliæ præparationes pro sanitate conservanda minus hâc cõveniant. Ut autem facilè coquuntur & plene nutriunt, ita minus recte cum aliis cibis misceantur, minusq; conveniunt iis, qui ventriculũ pravis succis confertum obtinent, ut febri-

bricitantib. in principio; sicuti noxia quoque sunt calculosis, podagricis & nervorum atque capitis affectibus obnoxiis, si scilicet frequentius usurpentur. Commodè tamen *infantib.* ob lactis similitudinem, *senibus*, quod facile coquantur & *convalescentibus* etiam atque vitâ sedentaria præditis, *ut literatis*, quod plurimum alant & minus excrementitiarum partium habeant, præscribuntur.

Supersunt *aquatilia*, pisces videlicet & cognata alimenta, quæ maximè variant, nō tantum respectu loci, cui inhabitant, unde *pisces alii marini, alii* *Aquatilia.*

fluviatiles, alii in stagnis & lacubus vivunt; sed etiam propter cujusq; speciei peculiares varietates. *Lociratione marini* præferuntur, cum propter salsam aquæ marinæ naturam carnē teneriorem habere videantur: hos sequuntur *fluviatiles*; ubi præcedunt ii, qui vivunt in aquis puris per loca petrosa ꝑ fluentib. quos sequūtur ii, qui magnis fluviis rapidiore cursu fluentibus delectantur; quibus omnib. deteriores sunt, qui in parvis ac cænosis fluminib. capiuntur. Minus omnib. sanitati cōveniunt, pisces lacuū atq; stagnantium aquarum, imprimis omni commotione & in fluxu

fluxu destitutarum. Sed notãdum pro ratione cujusq; speciei proprietates hasce de loco desumptas minimè Universales esse, q̃ ob causam de præcipuis speciatim agemus, initiũ facientes à præstantiorib. *Salmo* ex marinis piscibus aquâ dulci delectatur; quam ob causam ex mari in fluvios ascẽdit, ac verno potissimum tempore captus, tenerá suâ carne palato gratissima cibũ boni succi, facilisq; cõcoctionis cõstituit. Huic ob bonitatẽ interfluviatiles nõ cedit *Trocta* vel *Trutta*, aliis *Fario*, cujus caro friabilis, nullius visciditatis particeps, citò digeritur & optimè nutrit quod Salm. Sorell.

quod excremētitio ſucco careat. In maritimis locis plurimū commendatur *Solea*, qui piſcis ægrotantibus præſcribitur, quod bonum ſanguinem generet, parum excrementorum habeat & palato maximè jucundus ſit. *Fundulus* in aquis puris ac petroſis vivens, inter minores piſces palmam obtinet, facile digeritur, non diu in ſtomacho moratur, unde ægrotantibus quoque ac convaleſcentibus optimè convenit. Ut autem hoc conveniūt plurimum *Gobitides* & *Mordilapides*; ita non parum ab eodem bonitate receedūt alii Piſces minores, communiter

Meerzungē.

Grūndel.

Steinbeiſſer.

Fun-

Funduli quoque dicti, quos in his regionibus Kressen vocamus. *Lampreta* etiam præfertur aliis multis, quæ justam requirit præparationem propter lentorem suum: magnatibus in delitiis est, etiamsi sanguinem viscidum atque crassum generare possit, quam ob causam podagricis insalubris statuitur. *Anguilla* non parum externâ formâ cum priori convenit, succi est lenti, viscidi, minimèque pro conservatione sanitatis convenientis, quã ob causam piscis hic minus salubris statuitur. *Lucius* imprimis minor, carnem teneram ac friabilem obtinet, mi-

Kressé. *Lampret.* Ahl. Hecht.

nus excrementitius est, benè nutrit & iis inprimis concedi potest, qui ad excessum caliditatis & siccitatis accedunt. *Cyprinus* vel *Carpo* præfertur, ubi grandior est, & in lacubus purioribus, majoribus, aut etiam fluminibus capitur, succum subministrat copiosè nutrientem, si benè cõcoquatur, quod caro ejusdem mollis atque humida satis indicat, quam ob causam omnibus æquè cõcedi potest, imprimis notandum quod una cũ variis cibis commista, putredini ac fluxionibus occasionem præbeat. Minus Carpione commendatur *Barbus*, cujus caro tamen ab

Karpfe.

Barbe.

lis,

iis, qui integra sanitate fruuntur, inprimis, qui ad intemperiem calidam inclinant, absq; jactura comeditur, modo piscis hujus ova rejiciat, cum nõ parum humanæ naturæ sint inimica. *Perca*, potissimũ, quæ spinas aculeatas gerit, carnem habet siccam, pinguedine & viscididitate carentem, quæ facilè coquitur & bonum succum generat, quam ob caussam inter fluviatiles pisces salubrioribus annumeratur. Ab hujus bonitate longe discedit *Tinca*, paludosis & cænosis locis gaudens, quam ob caussam non tantum ingrati saporis, sed simul quoque viscosi,

Persick

Schleyen.

crudi-

crudique nutrimenti est, quocirca non nisi rusticis & plebeis concessus est ejus usus. *Halec vel Harengus* est piscis maritimus, carnem albam, friabilē, boni succi, facilisque concoctionis obtinens, ubi justo modo recens præparata comeditur: at difficilioris digestionis, minusque boni succi redditur, ubi piscis hic sale conditus vel exsiccatus ad alias regiones transfertur. *Asellus*, ab asinino colore juxta Cardanū sic dictus, ubi recens est, carnē friabilem & concoctu facilem habere dicitur: at exsiccatus & induratus non tantum fustigatione & maceratione plurimum

Häring

Stockfisch.

mum indiget, sed præterea, quò concoqui possit, Sinapi, Zingibere, Butyro & similib. maximè condiri debet, nec aliis quàm robustiori stomacho præditis præscribendus est. *Passer*, quod colore superius grisco, inferius albo passeres volatiles repræsentet, laudabilem & salubrem carnem habet recens, quæ exsiccata difficilius coquitur & optimè per additionem butyri & aliorum corrigenda est, nec frequentius, sed raró tantum sanitate præditis convenit. Hâc deterior est caro *Rajæ*, quæ maximè difficulter coquitur & succi deterioris est, ideoque naturarum

Plattz eiß.

Roche.

rum ac robustiorũ, magnis exercitiis deditorum, tantũmodò cibus est. *Cancer* multum nutrit atq; crassum succum gignit, sed difficulter concoquitur, qua de caussa cõmodè pipere vel alio condimento, seminib. itidem calefacientibus & attenuantibus, aliisque similibus præparandus est. *Ostreæ*, quas luxus & appetitus Magnatum in Germaniam introduxit, vi suâ salsâ stimulant appetitum, eâdemq; de causa venerem excitare dicuntur, sed minus nutriunt, difficulter coquuntur & ventriculum pituitosis humoribus facilè replent, nisi per additionem aromatum

Krebs.

Austern.

matum optimè corrigantur. *Cochleas* his multi præferunt, quarum tamen præparatio satis exquisita requiritur, cum alias istarũ caro difficulter coquatur: inprimis autem jus earũ secundæ decoctionis phthisicis & emaciatis plurimũ conferre statuimus. Schnecken.

Tantũ de esculentis variis, quæ præter diversas atque artificiosas præparationes, usu potius quàm præceptis addiscendas, condituram suã convenientem requirunt, quã ob causam ulterius in proprietates *Salis*, *Sacchari*, *Mellis* aliorumque condimentorum inquirendum est. His missis ad *Potulenta* progredimur, quæ Potulẽta

ſingulari naturæ neceſſitate cum eſculentis junguntur, propterea quod humida corporis noſtri ſubſtantia propter quotidianam abſumptionem ſui reſtitutionẽ requirat, quâ de cauſa ſitis, tanquam cuſtos naturæ noſtræ data eſt, quæ frigidi humidi appetitus à philoſopho rectè dicitur, cum humidum noſtrum à calore adventitio pl. diſſipetur: quo igitur calefaciens & exiccans cauſa major, eò etiam ſitis major, potusque frequentior neceſſarius eſt. Hujus materiam conſtituit *Aqua*, *Vinum*, *Cerevisia*, *ſuccus fructũm*, *hydromel*, &c.

Aqua

Aqua non solum brutis sed maximè etiam hominum parti potum constituit & quatenus non pura sed mista, juxta communem omnium opinionem frigida humidaque statuitur, siccantes & calefacientes qualitates in animantibus temperat, ad esculentorum distributionem inservit, & nutritionis appositionem humectate sua qualitate faciliorem reddit. Est autem aquarum maxima diversitas, ubi prefertur illa, quæ limpida, insipida & inodora est, quæ citò incalescit, ac citò vicissim refrigeratur, qualis est *fontana* versus ortum solis æstivum ex solo mundo *Aqua.* *Fõtana.*

mundo minimè lutoso, sed arenoso & petroso scaturiens, venas obtinens profundiores, quarum ratione, tempore æstivo frigidior, hyeme calidior existit. Hâc deterior est *fluvialis*, utpote non tantum, propter diversitatem fontium, ex quibus colligitur, impura magis, sed etiam quod pro ratione locorum, quæ præterfluit, variis qualitatibus imbuatur, ut taceam pluviis, nivibus resolutis, aliaq; de causa sæpius eandem alterari. *Putealis* aqua diligenter etiam eligenda est, propterea ꝙ sit subterranea, & per consequens, ob defectum radiorum solarium gravior,

Fluvialis.

Putealis.

crassi-

crassior, ad obstructionem viscerum promptior, cujus defectus coctione convenienti quodammodo tollitur *Stagnantes* autẽ, *nivosas* atq; *glaciales* merito fugimus, cum priores motu destitutæ crassiores, crudiores & ad putredinem dispositæ statuantur: at hæ nervis potissimum, omnique principio vitali maximè noxiæ. Quod autem *pluviales* attinet presertim æstivo tempore cœlo puriori descendentes, illæ propter levitatem ac tenuitatem, plurimum commendantur, ubi tamen hanc cautionem simul adhibendam esse ducimus, ut priusquam biban-

Stagnãs. *Nivosa.* *Glacialis*

Pluvialis.

bibantur naturam illarum semper exploremus, cum non rarò pluvia qualitatem alienam possideat respectu terræ illius, ex qua calore solis vapor eius fuit elevatus.

Vinum. Aquam excellentiâ suâ maximè *vinum* superat, potùs homini plurimum conveniens, quod qræter refrigerationem & humectationem quā aquosâ sua substantia præstat, vim calefaciēdi siccandique possidet, nō solum ꝑ caloris nativi, spirituumque corroborātione, sed simul quoque totius naturæ nostræ refectione cōvenientē. *Variat. vinum.* Variat autē *vinū à vino*, non tantū ætatis, sed ēt ꝓpriæ

suæ

naturæ proprietatibus: *ætatis* respectu minus pro sanitate cõservanda cõveniunt *recenti- ora*, propterea quod plurimũ impuritatis adhuc cõtineant, crudę videlicet atq; tartareæ substantiæ, quam ebullitionis efficacia sensim partim deorsum ad fæcum colluviem, partim etiam ad latera doliorum separat. Quò autem vini qualitas excellentior, eò etiam spatio temporis potentius atque calidius redditur. *Ætate.*

Quo ad natura proprietatem in vino cõsideratur *substantia, color, sapor, odor & solum nativum.* Quo ad *substantiam* vinũ aliud est ὀλιγόφερον quod paucã *Substantia.*

G ad-

admistionem aquæ sustinet, aliud οἰνώδη seu vinosũ pro sanitate conservãda, quo minus caput petat & inflammationẽ quandam generet, copiosius cum aqua temperatur. Porrò tenuius aliud est ac maximè spirituosum, plurimum penetrans atque siccans, sed minus nutriens: aliud crassius est, quod maximam tartari fæcũque copiam deponit, plurimũ quidem aliorum respectu nutriens, sed non admodum sanitati conveniens, inprimis eorum, qui calculi podagræq; dolores sibi præcavendos esse

Colore. judicant. Quo *ad colorem* conjectura potius, quam demonstra-

ſtratione quidpiam colligimus, ut plurimum tamen alba rubris magis calefaciũt, ac minus iisdem nutriunt, inprimis ubi craſſities his accedit, ubi facilimè viſcerum obſtructionibus occaſionem præbent. Maxima tamen ex parte fulva, qualia Rhenana ſunt, mediã naturam obtinentia, virib. corroborandis & inſtaurãdis præferuntur. Quo *ad ſaporem*, dulcia, ſcil. ſua natura, nondum adhuc muſti naturam habent, non ſolum palato grata ſunt ſed optimè quoque nutriũt & à viſceribus promptè attrahũtur, quam ob cauſam ſple- *Sapore.*

neticis & hepaticis nocent, cũ inflationes & obstructiones hypochondriorum augeant. His opponuntur austera, quæ aliis frigidiora ac plerunque crudiora sunt, quam ob caussam diutius in ventre morantur, minus nutriunt & alvum astringunt. Quod inter hæc duo medium obtinet, aliis præfertur, accidentibus videlicet aliis proprietatibus ad vini præcellentis naturam necessariis. *Solo nativo.* Quoad *solũ nativum* vinorum maxima differentia notatur, quam partim soli proprietas, quæ maximè cœli respectu, partim etiam racemi natura producit: hinc vina

Bran-

Brandeburgica, *Misuensia*, *Lusatica* & maxima ex parte Francica longè ignobiliora sunt *Rhenanis*, *Alsaticis*, *Italicis*, *Gallicis* & aliis, quæ rursus inter se non tantum respectu totius regionis, ob aliam cœli constitutionem, sed etiam particulariter, prout vineæ *soli qualitatibus & solis irradiationibus* variant, diversis proprietatibus prædita sunt Inrer hæc omnia salubriora judicantur, quæ saporem inter dulcem atq; austerum temperatum habent, odorata atque fragrantia sunt, clara maximèque fulva; potius ad tenuitatem quàm crassitiem accedentia;

nec nimis potentia, nec etiã nimis debilia, beneq; depurata.

Cerevisia. Porro vini defectum in pluribus regionibus recompensat *cerevisia*, potus ex hordei, sæpius etiam tritici, lupuliq; salictarii aquâ decocti præparatione justâ factus, cujus maxima varietas est, tam ingredientium, quàm præparationis respectu. Quo *ad ingrediẽtia cerevisia triticea* plus calefacit & humectat aliis, plenius nutrit, & viscíditate sua, tũ etiã, quod minori lupuli quantitate cõficiatur, viscera facilimè obstruit. *Hâc hordeacea* per se considerata minus quidem calefaceret: veruntamen cũ major lupu-

lupuli copia cũ hac misceatur, calefacientem vim non parvã acquirit, minus quidem priori nutrit ac alimentum præbet tenuius, at maiorem vim aperiendi possidet. Quo autem lupuli sapor magis excedit, eò siccandi, resolvendique vis major deprehenditur. Verum hæc minimè sufficiunt ad cerevisiæ bonitatem dijudicandam, nisi qualitates aquæ simul quoque considerentur, propterea quod illius ratione maximè variet. Quò igitur *aqua* levior & tenuior, eò melius frumenti, lupuliq; qualitates imbibit & extrahit, in præparatione plurimum

cerevisiæ decoctiones variant, quam ob causam hujus etiam ratione non parva diversitas oritur. Hinc in præsentia de *malti confectione*, quæ maceratione, digestione, exiccatione, molitione, vel tritura ac tãdem infusione perficitur: *de lupuli decoctione: decocturæ tẽpore*: de ipsius *cerevisiæ fermẽtatione, ebullitione & repositione* pluribus agendum est. Cum igitur frumentum, lupulus & aqua suas qualitates & convenientem proportionem habent, primò tempus conficiendæ cerevisiæ commodius eligatur, hybernum videlicet, cum in æstate propter aëris ambientis calidita-

ditatem virtus ebulliens & internam separationem heterogeneorum adjuvans citò dissipetur, & per consequens cerevisiæ minus salubres generentur: in primis Martius mensis hic cõmendatur in pluribus locis, quod *Iulius Alexandrinus* ad solis efficaciam tunc temporis huic operi magis cõvenientem refert. Præcedat autem frumenti *cõveniens maceratio* per affusionem aquæ, quo virtus vivifici seminis in subsequenti digestione functionem suam peragere possit: sufficienti digestione (qua veluti maturum huic negotio frumentum redditur) l. 17. cap. 8.

G 5 per-

mundo minimè lutoso, sed arenoso & petroso scaturiens, venas obtinens profundiores, quarum ratione, tempore æstivo frigidior, hyeme calidior existit. Hâc deterior est *fluvialis*, utpote non tantum, propter diversitatem fontium, ex quibus colligitur, impura magis, sed etiam quod pro ratione locorum, quæ præterfluit, variis qualitatibus imbuatur, ut taceam pluviis, nivibus resolutis, aliaq; de causa sæpius eandem alterari. *Putealis* aqua diligenter etiam eligenda est, propterea q; sit subterranea, & per consequens, ob defectum radiorum solarium gravior, cras-

Fluvialis.

Putealis.

crassior, ad obstructionem viscerum promptior, cujus defectus coctione convenienti quodammodo tollitur *Stagnantes* autē, *nivosas* atq; *glaciales* meritò fugimus, cum priores motu destitutæ crassiores, crudiores & ad putredinem dispositæ statuantur: at hæ nervis potissimum, omnique principio vitali maximè noxiæ. Quod autem *pluviales* attinet presertim æstivo tempore cœlo puriori descendentes, illæ propter levitatem ac tenuitatem, plurimum commendantur, ubi tamen hanc cautionem simul adhibendam esse ducimus, ut priusquam biban-

Stagnās. *Nivosa.* *Glacialis*

Pluvialis.

bibantur naturam illarum ſemper exploremus, cum non rarò pluvia qualitatem alie-nam poſſideat reſpectu terræ illius, ex qua calore ſolis vapor eius fuit elevatus.

Vinum. Aquam excellentiâ ſuâ maximè *vinum* ſuperat, potùs homini plurimum conveniens, quod qræter refrigerationem & humectationem quā aquoſâ ſua ſubſtantia præſtat, vim calefaciẽdi ſiccandique poſſi-det, nō ſolum ꝑ caloris nativi, ſpirituumque corroboratione, ſed ſimul quoque totius natu-ræ noſtræ refectione cōveni-

Variat. vinum. entẽ. Variat autẽ *vinū à vino*, non tantū ætatis, ſed ẽt ꝓpriæ ſuæ

naturæ proprietatibus: *ætatis* respectu minus pro sanitate cōservanda cōveniunt *recenti-ora*, propterea quod plurimū impuritatis adhuc cōtineant, crudę videlicet atq; tartareæ substantiæ, quam ebullitionis efficacia sensim partim deorsum ad fæcum colluviem, partim etiam ad latera doliorum separat. Quò autem vini qualitas excellentior, eò etiam spatio temporis potentius atque calidius redditur. *Ætate.*

Quo ad naturæ proprietatem in vino cōsideratur *substantia, color, sapor, odor & solum nativum.* Quo ad *substantiam* vinū aliud est ὀλιγόφερον quod paucā *Substantia.*

admistionem aquæ sustinet, aliud οἰνῶδη seu vinosũ pro sanitate conservãda, quo minus caput petat & inflammationẽ quandam generet, copiosius cum aqua temperatur. Porrò tenuius aliud est ac maximè spirituosum, plurimum penetrans atque siccans, sed minus nutriens: aliud crassius est, quod maximam tartari fæcũque copiam deponit, plurimũ quidem aliorum respectu nutriens, sed non admodum sanitati conveniens, inprimis eorum, qui calculi podagræq; dolores sibi præcavendos esse

Colore. judicant. Quo *ad colorem* conjectura potius, quam demonstra-

strатione quidpiam colligi-
mus,ut plurimum tamen alba
rubris magis calefaciũt,ac mi-
nus iisdem nutriunt,inprimis
ubi crassities his accedit, ubi
facilimè viscerum obstructio-
nibus occasionem præbent.
Maxima tamen ex parte fulva,
qualia Rhenana sunt, mediã
naturam obtinentia,virib.cor
roborandis & instaurãdis præ-
feruntur. Quo *ad saporem*,dul- *Sapore.*
cia,scil. sua natura, nondum
adhuc musti naturam habent,
non solum palato grata sunt
sed optimè quoque nutriũt &
à visceribus promptè attra-
hũtur, quam ob causam sple-

 neticis

neticis & hepaticis nocent, cũ inflationes & obstructiones hypochondriorum augeant. His opponuntur austera, quæ aliis frigidiora ac plerunque crudiora sunt, quam ob causam diutius in ventre morantur, minus nutriunt & alvum astringunt. Quod inter hæc duo medium obtinet, aliis præfertur, accidentibus videlicet aliis proprietatibus ad vini præcellentis naturam necessariis. Quoad *solũ nativum* vinorum maxima differentia notatur, quam partim soli proprietas, quæ maximè cœli respectu, partim etiam racemi natura producit: hinc vina

Solo nativo.

Bran-

Brandeburgica, *Misuensia*, *Lusatica* & maxima ex parte Francica longè ignobiliora sunt *Rhenanis*, *Alsaticis*, *Italicis*, *Gallicis* & aliis, quæ rursus inter se non tantum respectu totius regionis, ob aliam cœli constitutionem, sed etiam particulariter, prout vineæ *soli qualitatibus* & *solis-irradiationibus* variant, diversis proprietatibus prædita sunt Inrer hæc omnia salubriora judicantur, quæ saporem inter dulcem atq; austerum temperatum habent, odorata atque fragrantia sunt, clara maximèque fulva, potius ad tenuitatem quàm crassitiem accedentia,

lupuli copia cũ hac misceatur, calefacientem vim non parvã acquirit, minus quidem priori nutrit ac alimentum præbet tenuius, at maiorem vim aperiendi possidet. Quo autem lupuli sapor magis excedit, eò siccandi, resolvendique vis major deprehenditur. Verum hæc minimè sufficiunt ad cerevisiæ bonitatem dijudicandam, nisi qualitates aquæ simul quoque considerentur, propterea quod illius ratione maximè variet. Quò igitur *aqua* levior & tenuior, eò melius frumenti, lupuliq; qualitates imbibit & extrahit, in præparatione plurimum

Cerevisiæ decoctiones variant, quam ob causam hujus etiam ratione non parva diversitas oritur. Hinc in præsentia de *malti confectione*, quæ maceratione, digestione, exiccatione, molitione, vel tritura ac tãdem infusione perficitur: *de lupuli decoctione decoctura tẽpore*: de ipsius *cerevisiæ fermẽtatione, ebullitione & repositione* pluribus agendum est. Cum igitur frumentum, lupulus & aqua suas qualitates & convenientem proportionem habent, primò tempus conficiendæ cerevisiæ commodius eligatur, hybernum videlicet, cum in æstate propter aëris ambientis calidita-

ditatem virtus ebulliens & internam separationem heterogeneorum adjuvans citò dissipetur, & per consequens cerevisiæ minus salubres generentur: in primis Martius mensis hic cōmendatur in pluribus locis, quod *Iulius Alexandrinus* ad solis efficaciam tunc temporis huic operi magis cōvenientem refert. Præcedat autem frumenti *cōveniens maceratio* per affusionem aquæ, quo virtus vivifici seminis in subsequenti digestione functionem suam peragere possit: sufficienti digestione (qua veluti maturum huic negotio frumentum redditur) *l. 17. cap. 8.*

peracta, cõsequens eſt, ut exicꝫ catio ſubſequatur, quo non tantum excrementitia humiꝫ ditas ac flatulentia deponaꝫ tur, ſed et diviſio in particulas minores pro confectione cere viſiæ neceſſaria ſubſequatur. His peractis proportione juſta cereviſia artificioſe coquitur, poſt decoctionem fermentatione atque ebullitione proꝫ priâ feces ſuas deponit & vaſis repoſita tam diu conſervaꝫ tur, donec ſeparatis heterogeꝫ neis partibus clara ſatis & deꝫ purata reddatur: quò enim recentior eò inſalubrior, inꝫ primis cum ad ſatietatem uſꝫ que deferbefacta non eſt, ac lixivii craſſioris colorem reꝫ

fert. Ab hac omnes, inprimis illi, qui calculi, viscerumque morbis obnoxii sunt, sibi caveant. Quemadmodum verò frumentum, lupulus, aqua ipsaq; præparatio plurimum pro ratione regionum variat, ita mirum non est, tantas cerevisiarum quoque varietates dari, quam ob causam in præsentia notandum illas cerevisias aliis esse præferendas, quæ modice nutriunt, calefaciunt, aperiunt, urinam movent & omni flatulentia destituũtur. Ubi verò talibus proprietatibus insignita cerevisia caremus, corrigentia minimè sunt negligenda, sive vini usum

conjungamus, sive per aromata, radices, herbas & alia medicatam cerevisiam reddamus, de quibus in libro secundo speciatim agemus.

Succus fructuum. Quibusdam locis copia vini frumentique destitutis natura provida fructuum sylvestrium & hortensium ubertatem concessit, ex quorum succo depurato potus conficitur, palato sæpius non ingratus, ita ut vinum sapidum interdũ imitari videatur, cujus natura pro fructuum ratione multiplex est & absque sanitatis jactura, deficiente vino & cerevisia præstantiori, bibitur, modò suam convenientem ebullitio-

litionem naturalem ac depu-
rationem habuerit.

Huic præferimus *hydromel,* *Hydromel.*
quod diversimodè conficitur,
quam ob causam aliud alio no
bilius & efficacius invenitur.
Præcipua hujus ingredientia
sunt aqua & mel, quæ pro di-
versa intentione diversimo-
dè, quoad proportionem, mi-
scentur, coquuntur & vel ca-
lore solis vel igne temperato
depurantur. Potum constituit
jucundum, qui juxta quantita
tem ingredientium diversam
ad omnes naturas accommo-
dari potest, additis iis, quæ sa-
nitatis cujusque ratio condi-
menti loco requirit, quemad-

 modum

modum suo loco patebit. Tantum de materia esculentorum & potulentorum.

Cap. VIII.

De repletione & exinanitione corporis in statu s. n.

NOn satis est ut præcedentium cognitionem exactam habeamus, nisi quoque virtutem opificis conservationis nostræ defendamus & omnem noxã ad caloris nativi suffocationem vel dissipationẽ inservientem avertamus.

Repletionis incõmoda. Hic igitur primum *de repletione & exinanitione* tractandum: *illius* incommoda varia sunt, quæ

quæ potissimum respectu præ-
præsentis instituti considerantur, quatenus ex ordinata re-
tētione partiū excrementitiarum, à ciborum ac potuum
concoctionibus residuarum suam originem habent. Ut e-
nim natura provida *concoctionem primam* in ventriculo & in-
testinis, *secundā* in jecore, liene & vicinis adjuvantibus mem-
bris, *tertiam* in quacunq; corporis nostri parte instituit: ita
singulari providentiâ secretioni partium heterogenearum
quoq; ꝓvidere voluit. Hîc ea q̄. *vi concoctionis primæ* secernū-
tur, per alvum: *excrementa se-*
cundæ

cundæ concoctionis partim ad intestina, partim ad renes: *ea quæ in tertia* supersunt, tàm particulariter in ipsis mēbris, quod potissimum in capite, fluxionibus & excrementis multis obnoxio conspicimus, quàm universaliter per cutim porosam evacuantur. Horum excretiones quotidiè promovendæ sunt, quod maximâ ex parte natura per se præstat, quando temperātet vivimus, cum sobrietas omnis repletionis optimum remedium statuatur. *Si verò vel externis vel etiam internis de causis*, quod in sanitate deflectente fieri solet, talis excrementitiarum partium evacuatio

cuatio impediatur, arte naturam adjuvare decet.

Ponamus igitur *ventriculũ vel intemperantia præcedente vel congestione*, propter concoctionis debilitatem copiâ peccantis humiditatis abundare, profectò vomitus erit conveniens, modo promptitudo simul adsit ad vomendum. Quod si non tantum ventriculus fluctuet, sed simul quoq; laxa minimè sit alvus, verum plus justo astrictior, omni ingenio eò allaborandum, ut excrementa per alvum descendant. Pro *vomitu* concitando sufficiunt leviora & mediocria, videlicet *usu oxymellis, aqua hordei cum* oxy-

Quomodo sit promovẽda excretorum primæ coctionis reiectio.

oxymelle & oleo tepidè commista, decoctio rad: raphani, herbæ atriplicis, aneti seminis raparum: dũ .n. hauſtus maiores ex his decoctionibus, oleo cõmiſtis aſſumuntur, materia fluctuans in ventriculo lævigatur, inciditur & ventriculus ad excretionem ſtimulatur. *Pro laxandis alvi viis*, primum in victus ratione eò reſpiciendum, ut præmittantur liquidiora, non ſolum tempore prandii ipſius aut cœnæ, ſed ſimul etiam horæ ſpacio, priusquam alios cibos ingeramus. Inprimis huic negotio conveniunt *pruna Damaſcena*, numero viij. ad. jx. vino prius per noctem macerata,

rata, & hoc modo commesta *Prunorum* quoq; *decoctum* haustu pleniori sumptum, optimè sua humectatione lęvigat & laxat. *Iura* quoq; *pinguia* huc pertinent, inprimis butyro, oleo communi vel etiam amygdalino dulci plurimum permista. Quod si talia leviora videntur, ex jusculis, mucilaginibus altheæ, fænu græci & similibus adiectis enemata applicentur, aut Manna vel cassiæ flores jusculo dissolvantur & jejuno stomacho bibantur.

Porro *si secunda concoctionis* excreta justo modo non expellantur, quod non rarò cum alvi obstructione fieri con- *Quomodo excretiones secunda conco-*

ctionis promoveantur

obstructione fieri consuevit, quatenus bilis ad intestina, tanquam calcar excretionis illorum, non transfertur, vel etiam dum urina paucitate sua liquidis minimè respõdet, artificiosum adjumentum naturæ requirit, priusquam hinc gravius quid oriatur. Dum igitur bilis excretionem impediri suspicio est, unà cum alimentis ea miscenda sunt, quæ jecoris obstructiones promptè solvunt: hinc igitur, alvus modo non astricta sit amplius, in cõstitutionibus calidis conveniunt frequentia juscula, cum *radicibus graminis*, *Cichorei vel Endiviæ & herba capilli veneris*

deco-

decocta, jejunoque stomacho præscripta: imò & *emulsiones ex seminibus melonum & similium*: in naturis frigidioribus *radices Petroselini, Fæniculi, Asparagi*, eodem modo conveniunt, ut etiam vino pro quotidiano potu commodè *Eupatorium, Fumaria, Absinthium, Marrubiũ & similes* infunduntur. Inprimis autem peculiare est *Rhabarbarum* in hoc casu, leviter purgans & singulariter jecori dicatum. Quod si sanguis impurior pertimescendus, serosâ humiditate per urinas minus dextrè secreta, confugiendum ad ea, quæ urinæ secretionem adjuvant. Hîc igitur in potulen-

lentorum genere maximè eò respiciendum, ut potus sit diureticus, vel sua natura vel artificio accedente nimirum additis *radicibus aperientibus, ut radice glycyrrhizæ fœniculi, eringii & aliis*, adiectis simul ejusdē facultatis seminibus, *Anisi, Feniculi Dauci &c*. vacuo stomacho sæpius usurpentur illa, quæ vias utrinarias apertas retinent, haustus videlicet *liquoris stillatitii fragorum, bolus ex Terebinthina venetæ ℥ij.* confectus, *Balsamus fœniculi* ex ejusdem tinctura, oleo & sale spagyricè præparatus, quātitate pisi sæpius usurpatus, & inter domestica remedium præ-

præsentissimum, *butyrum videlicet recens*, sale destitutũ, jejuno stomacho nucis castaneæ quãtitate quotidiè sumptũ, quod vias urinarias laxat, ad urinæ secretionem inservit, ac sabulum futuri calculi tollit.

Tandem quo ad *concoctionẽ tertiam* quælibet pars sua quoque superflua deponit, quod inprimis in cerebro videmus, cujus excrementa diversa, in statu sanitatis per aures, nares oculos, & palatum evacuãtur: hinc non raro destillationes, raucedines, defluxiones ad pectus & alia proveniunt, quæ omnia, quantum fieri potest, promovenda sunt, purificatis justo tem-

Quomodo excreta tertiæ concoctionis promoveantur.

justo tempore emunctoriis, & adhibitis interdum iis, quæ obstructiones imminentes resolvere possunt, *de quibus pluribus lib.2.cap.4.& 5.* Potissimum autem in præsentia respiciendum ad evacuationem totius, quæ per cutis porosam substãtiam fieri solet, ubi superfluæ tertiæ coctionis evaporationes & serosæ humiditates rejiciuntur, quarum illud occulta corporis totius transpiratione perficitur, hoc autem sudoris beneficio fieri solet. Si igitur cutis astrictior ejusmodi secretionem impedit, non solum lectorum tegumentis matutino tempore (quando scilicet

abso-

absoluta magis tertia cōcoctio est) tales evaporationes & interdum quoque sudores promoveantur, sed balneis etiam moderaris aquæ dulcis justo tempore adhibitis cutim astrictiorem ac sicciorem attenuare & humectare, nec non habitum corporis musculosum ab eiusmodi vaporum ac serosorum humorum copia liberare tentemus. Ut autem his repletionibus calor nativus quasi suffocatur & in suis operationibus impeditur, ita resolvitur ac dissipatur idem, quando nobis exinanitiones minus convenientes accidunt, sive hoc fiat

ſubtractis externè conveni-entibus alimentis, quâ ratio-ne non cuilibet fames ac ſitis plus juſto diuturnior conve-nit, ſive quod interius debilior virtus retẽtrix id quod retineri debet, unâ cum heterogeneis partibus abiiciat, quemadmo-dum eos, qui laxâ ſunt alvo diutius, tãdem in hydropiſin, atrophiã, fluxiones hepaticas & ſimiles affectus incidere vi-demus. Ita *balnea* omnibus in-diſcretè minus rectè commẽ-dantur, unà cũ aliis evacuatio-nibus ſanguinis, ſive per venæ ſectionem, ſive per ſcarifica-tionem hoc ipſum perficiatur, cùm frequenter in pluribus

natu.

naturæ theſaurum, ſpiritus videlicet vivificos cũ calore nativo diſſolvãt, quod ex ſequẽtibus magis parebit.

C A P. IX.

De variis corporis exercitiis & eiuſdem convenienti quiete.

UT eò citius natura ſecernat ſecernẽda & colligenda colligat, ideo *corporis exercitia convenientia* minimè negligenda ſunt: Etſi verò veteres hac in parte modos ſexcentos præſcribant quemadmodum ſtudioſis hiſtoriarum & antiquitatis ignotum eſſe nequit, in præſentia tamen ſufficit,

Commoda exercitiorum. generatim horum utilitatem determinare *Galenus* ex motu & exercitio corporis triplicia commoda colligit, nimirum quod ejusmodi motu membuis ex attritu durities conveniens concilietur, spiritus concitatior reddatur, & calor nativus augeatur. Hinc patet exercitiorum beneficio *corpus robustius fieri, maioremq; resistendi vim externarum ingruentium causarum respectu sibi conciliare,* dum membra meliora ac debiliora durescunt & corroborantur, *excrementa quæcunq; magis expurgari*, dum spiritus impetum concitatiorem recipiunt, & per consequens id, quod

quod heterogeneum est, à faculta te expultrice excitata felicius separatur: *ac tandē ipsa nutritio & cujusq; partis conservatio melior fit*, dum pp nativi caloris au- gmentū cōcoctiones & appositiones facilius & prōprius pficiuntur. Unde manifestum est non ineptè dictum fuisse, corporis exercitia vitam sanā non tantum custodire, sed eandem quoque prolongare: nam quē- admodum vita cōsistit in permansione vegetativæ facultatis cum calore, *juxta philosophum:* ita præcipua custodia & conservatio eiusdem iis naturaliter perficitur, quæ nutritionem exquisitam adjuvat &

excrementorum putrescentium coacervationem præcavent: hac enim ratione *calor nativus cum facultate vegetativa permanet*, dum scilicet in locum assumpti principii vitalis nutrimentum propriè sic dictum, hoc est, simile & optime depuratum restituitur, quam depurationem & appositionem exercitatio non parum adjuvat.

Exercitiorum diversitas. Variant autem exercitia nobis hodiè consueta, dum saltum, cursum, digladiationem, pilæ lusum, vectionem, navigationem, equitationem, ambulationem, vel aliam corporis commotionem perpendimus:

mus: cum quædã corpus universum, aliæ verò magis has, aliæ magis illas partes exerceant, quam ob causam notandum illa exercitia semper aliis in statu sanitatis esse præferenda, quibus totũ corpus undiq; movetur & incalescit. In his & similibus exercitiis modus adhibeatur: etenim celeri vehementioriq; motu quotidiè suscepto corp⁹ extenuatur atq; gracile redditur, ac procedẽte tẽpore spirituosa solida & humida partiũ substantia dissipatur & exhauritur, unde per cõsequens corpus totũ debilitatur, quã ob causam in tali casu conveniens alterna quies pro

Exercitia sint mediocria.

facultatum refectione necessaria est: at motus exercitiorum mediocris justo modo tēporeq; convenienti cōmoditates illas optimè præstat, de quibus paulo ante diximus. Quemadmodum verò naturarum est magna diversitas; ita modus exercitiorum non omnibus idem præscribitur: quò enim corpora sunt rariora & graciliora eò etiam temperantiora requirunt exercitia, ne spiritus & calor, qui in iisdem facilimè suscitantur non penitus cum virium jacturâ dissipentur: contra, quò robustiora sunt corpora, magisq; cō pacta & carnosa, eò motus iisdem

De modo exercitiorum

dem convenit vehementior, propterea quod respectu soli-dioris habitus musculosi, tum quod ab externis causis ejus-modi corpora difficulter ali-quid patiantur, calor nativus & spiritus non subitò cõmo-veantur, unde major agentis externi vehementia requiri-ter. Hinc alios aliis per exerci-tia corporis citius ad constitu-tũ terminũ ad incipientẽ su-dorẽ & corporis intumescen-tem rubedinem accedere vi-demus.

Hæc omnia convenienter fiũt, dum justo tempore susci-piuntur, ubi non tantum anni tempus respiciendũ est, cujus

ratione vehemẽtiora exercitia tẽpore hyemali, quàm æstivo, perferimus; cũ in aëris ambientis cõstitutionib⁹ calidis pori corporis nostri magis patẽtes sint, quã ubi gelũ hyberno cuncta rigẽt; sed maximè quoque tempus quotidianũ concoctionis ratione perpendendũ, quaten⁹ exercitationes intempestivæ plurimum sanitati nocere possunt. Cum autẽ exercitiorum beneficio calor & spiritus excitetur & à centro ad circũferentiam corporis distribuatur, atque hac ratione id quod heterogeneum est secernatur. Ideo manifestum est, rectè dixisse Hippocratem, labores, cibum præcedere debere,

De tempore exercitiorũ.

propterea quod hac ratione facultas expultrix excitetur, ut ea, quæ in habitu corporis & meatibus angustis hærent per transpirationem, sudorem & & alia ratione secernat. Dum enim ventriculus & jecur in conficiendis alimentis ad huc laborant, non sine jactura sanitatis exercitia instituuntur, propterea quod propter caloris & spirituum avocationem à membris concoctionis cruditates diversorum morborum causæ cumulentur. Unde patet convenientissimum esse exercitiorum tempus illud, quod inter famem urgentem, & absolutas concoctiones infimi vētris intercedit.

CAP. X.

De somno & vigilia.

PRæter ea quæ dicta sunt, *calorem nativum colligunt ac totum corroborant somnus & vigilia*, si juxta præscriptum rationis usurpētur: ut n. otio nimio penitus torpescit & immodicis laborib. dissolvitur corporis nostri substātia sic ēt *somnus moderatur*, tanquam amica naturalis animalium facultatum quies, vires colligit, easdemq; subsequens *vigilia*, quæ nihil aliud est quam conveniens actus &exercitatio sensuum, excitat. Hinc igitur patet somni naturalis & moderati benefi-

ciumr

cium universale totius corporis in collectione caloris nativi cõsistere, quatenus quiescentibus organis facultatis animalis intrò calor ad principium suum recurrit. Hæc innati caloris collectio facultatis naturalis & vitalis operationes adjuvat, coctiones meliores reddit, cruditates absumit, immodicam spirituum commotionem sistit & vires animalium facultatum labefactatas optimè corroborat.

Ut autem hoc modo *somnus naturalis moderatus* & conveniens naturæ nostræ maximè salutaris est, ita satis noxius est est somnus *immoderatus*; dum

Noxa somni immoderati.

enim diutius amico caloris & spirituũ influxu sufficienti circumferentia corporis, hoc est, omnes partes à corde remotiores destituuntur, facultates reddũtur ad agendũ ignavæ & excrementa copiosius colligũtur, q̃ ob causam caput gravatur, mens hebes redditur, memoria depravatur ac totũ corp⁹ quasi torpidũ & ad actiones suas peragẽdas inhabile cõspicitur. Has incommoditates, vitabimus, quando *conveniens tempus & salubrem dormiendi modum* non negligimus. *Tẽpus somni* maximè naturale nocturnũ est, ubi nõ tantũ noctis frigiditas, calorẽ intro repellẽdo ejusdemq; silentiũ facultatis a

Somni tempus, conveniens.

nimalis quietẽ non inter turbando causam adjuvantẽ constituit, sed potissimũ alimẽtorũ amicus vapor cerebri meatus occupans qetem ejusmodi pconservationẽ virium generat. Hinc somnus meridianus improbatur à plurib⁹, propterea ꝙ capitis imbecillitatẽ aliaq; incommoda procreare soleat, quatenus sc. exhalationes ad caput ascendentes excitat, easq; somno cõpleto & absoluto min⁹ perfectè resolvit & alterat, tùm ꝙ necessariò brevior sit, tùm etiã ꝙ caloris recessus ad interiora sit imperfectior. Notandã tamẽ in quib⁹dã vitæ generibus consuetudinem alterã naturam esse, dum

Quid statuendũ de somno meridiano.

ii, qui vel officii, vel alia ratione, noctis tẽpore vigilare coguntur, pro virium refectione sæpius commodissimè post prandium dormiunt: imò in morbis etiam, & inprimis in senectute somnus à meridie modicus non improbatur, tantus scil. qui calorem circa ventriculum pro concoctione tantũ colligat, quem diutius protrahere minus convenit, ne capitis imbecillitas inde suboriatur.

Vespertino tempore non mox à cibo dormiendum.

Non autem vespertino quoque tempore mox à cibo dormiendum, propterea quod somnus naturalis amicam & optimè alteratam evaporationem

nem requirat, quã ob causam somnus mox à cœna susceptus cruditatis & fluxionum origo statuitur.

Porrò somni terminus omnibus idem præscribi nequit, cum in aliis citius, in aliis tardius concoctiones infimi ventris peragantur, & vires animales corroborentur: ad minimũ tamen sex, ad summum novẽ horis in statu sanitatis hæc absolvi solere patet, quocirca spatio intermedio, & frequentius septem horis, determinatur.

Salubris tandem *dormiendi modus* in convenienti decubitu maxima ex parte consistit, ubi *De dormiendi modo.*

ubi vitãdus est *somnus supra dor-sum* (quod ventris cõcoctiones impediat, viscerum & renum obstructionem augeat & capitis gravissima vitia, cruda excre menta ad posteriorem cerebri partem exitu carentem deferens generet) *atq; crurib, modice contractis*, q̃ musculorũ, & nervorum qeti plurimum inservit, *super latus dextrum capite pa-rum elevato* dormiendum est, cum hâc ratione cibus in ven-triculo melius digeratur exha-lationes ad caput per orificiũ sinistrum minus evaporent, & absoluta chylificatione distri-butio nutrimenti ad intestina, & per consequens ad jecur & alias

alias quoq; partes commodius absolvatur. Circa finem verò maximâ ex parte somno perfecto nō inconveniens erit sinistro latere, quod restat, absolvere, vicissitudine videlicet naturę nō ingrata. Patet hoc modo, qua ratione somnus calorē nativum colligat, quem eundem excitat & commovet *vigilia*, vigor videlicet & actus facultatis animalis, diei tēpore maximè cōveniens: qui enim noctuas imitantur, ordini naturæ non in universo tantum repugnare videntur, sed sibi ipsis quoq; plurimum nocēt, dum concoctiones alimentorum

Vigilia quid?

facultatum refectione necessaria est: at motus exercitiorum mediocris justo modo tẽporeq; convenienti cõmoditates illas optimè præstat, de quibus paulo ante diximus, Quemadmodum verò natura rum est magna diversitas; ita modus exercitiorum non omnibus idem præscribitur: quò enim corpora sunt rariora & graciliora eò etiam temperantiora requirunt exercitia, ne spiritus & calor, qui in iisdem facilimè suscitantur non penitus cum virium jacturâ dissipentur: contra, quò robustiora sunt corpora, magisq; cõpacta & carnosa, eò motus iisdem

De modo exercitiorum

dem convenit vehementior, propterea quod respectu solidioris habitus musculosi, tum quod ab externis causis ejusmodi corpora difficulter aliquid patiantur, calor nativus & spiritus non subitò cōmoveantur, unde major agentis externi vehementia requiritur. Hinc alios aliis per exercitia corporis citius ad constitutũ terminũ ad incipientē sudorē & corporis intumescentem rubedinem accedere videmus.

Hæc omnia convenienter fiũt, dum justo tempore suscipiuntur, ubi non tantum anni tempus respiciendũ est, cujus

ratione vehementiora exercitia tēpore hyemali, quàm æstivo, perferimus; cū in aëris ambientis cōstitutionib⁹ calidis pori corporis nostri magis patētes sint, quā ubi gelū hyberno cuncta rigēt; sed maximè quoque tempus quotidianū concoctionis ratione perpendendū, quaten⁹ exercitationes intempestivæ plurimum sanitati nocere possunt. Cum autē exercitiorum beneficio calor & spiritus excitetur & à centro ad circūferentiam corporis distribuatur, atque hac ratione id quod heterogeneum est secernatur. Ideo manifestum est, rectè dixisse Hippocratem, labores, cibum præcedere debere,

De tempore exercitiorū.

propterea quod hac ratione facultas expultrix excitetur, ut ea, quæ in habitu corporis & meatibus angustis hærent per transpirationem, sudorem & & alia ratione secernat. Dum enim ventriculus & jecur in conficiendis alimentis ad huc laborant, non sine jactura sanitatis exercitia instituuntur, propterea quod propter caloris & spirituum avocationem à membris concoctionis cruditates diversorum morborum causæ cumulentur. Unde patet convenientissimum esse exercitiorum tempus illud, quod inter famem urgentem, & absolutas concoctiones infimi vētris intercedit.

CAP. X.

De somno & vigilia.

PRæter ea quæ dicta sunt, *calorem nativum colligunt ac totum corroborant somnus & vigilia*, si juxta præscriptum rationis usurpētur: ut n. otio nimio penitus torpescit & immodicis laborib. dissolvitur corporis nostri substātia sic ēt *somnus moderatur*, tanquam amica naturalis animalium facultatum quies, vires colligit, easdemq; subsequens *vigilia*, quæ nihil aliud est quam conveniens actus & exercitatio sensuum, excitat. Hinc igitur patet somni naturalis & moderati benefi-

cium

cium universale totius corporis in collectione caloris nativi cõsistere, quatenus quiescentibus organis facultatis animalis intrò calor ad principium suum recurrit. Hæc innati caloris collectio facultatis naturalis & vitalis operationes adjuvat, coctiones meliores reddit, cruditates absumit, immodicam spirituum commotionem sistit & vires animalium facultatum labefactatas optimè corroborat.

Ut autem hoc modo *somnus naturalis moderatus* & conveniens naturæ nostræ maximè salutaris est, ita satis noxius est somnus *immoderatus*: dum *Noxa somni immoderati.*

enim diutius amico caloris & spirituũ influxu sufficienti circumferentia corporis, hoc est, omnes partes à corde remotiores destituuntur, facultates reddũtur ad agendũ ignavæ & excrementa copiosius colligũtur, q̃ ob causam caput gravatur, mens hebes redditur, memoria depravatur ac totũ corp⁹ quasi torpidũ & ad actiones suas peragẽdas inhabile cõspicitur. Has incommoditates, vitabimus, quando *conveniens tempus & salubrem dormiendi modum* non negligimus. *Tẽpus somni* maximè naturale nocturnũ est, ubi nõ tantũ noctis frigiditas, calorẽ intro repellẽdo eiusdemq; silentiũ facultatis a

Somni tempus, conveniens.

nimalis quietē non inter turbando causam adjuvantē constituit, sed potissimū alimētorū amicus vapor cerebri meatus occupans qetem ejusmodi ꝓ conservationē virium generat. Hinc somnus meridianus improbatur à plurib⁹, propterea ꝙ capitis imbecillitatē aliaq; incommoda procreare soleat, quatenus sc. exhalationes ad caput ascendentes excitat, easq; somno cōpleto & absoluto min⁹ perfectè resolvit & alterat, tùm ꝙ necessariò brevior sit, tùm etiā ꝙ caloris recessus ad interiora sit imperfectior. Notandā tamē in quib⁹dā vitæ generibus consuetudinem alterā naturam esse, dum

Quid statuendū de somno meridiano.

nem requirat, quã ob causam somnus mox à cœna susceptus cruditatis & fluxionum origo statuitur.

Porrò somni terminus omnibus idem præscribi nequit, cum in aliis citius, in aliis tardius concoctiones infimi ventris peragantur, & vires animales corroborentur: ad minimũ tamen sex, ad summum novẽ horis in statu sanitatis hæc absolvi solere patet, quocirca spatio intermedio, & frequentius septem horis, determinatur.

Salubris tandem *dormiendi modus* in convenienti decubitu maxima ex parte consistit, ubi *De dormiendi modo.*

ubi vitãdus eſt *ſomnus ſupra dorſum* (quod ventris cõcoctiones impediat, viſcerum & renum obſtructionem augeat & capitis graviſſima vitia; cruda excrementa ad poſteriorem cerebri partem exitu carentem deferens generet) *atq; crurib, modice contractis*, q musculorũ, & nervorum qeti plurimum inſervit, *ſuper latus dextrum capite parum elevato* dormiendum eſt, cum hâc ratione cibus in ventriculo melius digeratur exhalationes ad caput per orificiũ ſiniſtrum minus evaporent, & abſoluta chylificatione diſtributio nutrimenti ad inteſtina, & per conſequens ad jecur & alias

alias quoq; partes commodius absolvatur. Circa finem verò maximâ ex parte somno perfecto nō inconveniens erit sinistro latere, quod restat, absolvere, vicissitudine videlicet naturę nō ingrata. Patet hoc modo, qua ratione somnus calorē nativum colligat, quem eundem excitat & commovet *vigilia*, vigor videlicet & actus facultatis animalis, diei tēpore maximè cōveniens: qui enim noctuas imitantur, ordini naturæ non in universo tantum repugnare videntur, sed sibi ipsis quoq; plurimum nocēt, dum concoctiones alimento- *Vigilia quid?*

rum

rum turbant, ſpiritus ab orga-
nis nutritionis revocando, ſi-
mulque mentis operationes
labefactant, cerebrum crudis
evaporationib. replendo. Mi-
nimè quoque modus hic ne-
gligendus eſt, cum exceſſus vi-
giliarum ſpiritus incendat, cor
pus exiccet, ejuſdemq; tabem
progeneret, adeoque primò
calidos affectus, conſequenter
mentis melancholicas pertur-
bationes ac tandem abſum-
ptione vitalis humidi, calo-
riſque nativi frigidos
morbos produ-
cat.

CAP.

CAP. XI.

De animi perturbationibus.

IN materia medica pro conservatione sanitatis inservienti supersunt nobis *animi perturbationes*, corpus nostrũ spirituum & humorum commotione plurimum alterantes, quod accidit, quando facultas appetitiva per oblatum bonũ sive malum objectum extra rectæ rationis judicium commovetur. Talis alteratio pro diversitate perturbationum vel affectuum animi multiplex est, quemadmodum patet ubi *lætitiam, mærorem, desiderium, iram, metum & similes* perpendimus.

Perturbatio animi quid?

Lætitia, mus. *Lætitia* præsentis boni recens opinio dicitur à quibusdam: nobis in præsentia generatim quodlibet gaudium denotat, in quo spiritus & calor cum amplexandi quasi libidine per corpus extimum distribuuntur, qua de causa patet moderatam hanc affectionem conservationi sanitatis maximè convenientem judicari, cum naturaliter spiritus & calor in corpus reliquum aliàs etiã distribuatur. Ubi verò limites mediocritatis excedit, corporis dissolutioni, nec nõ morti prematuræ causã præbere notum est. *Mæror vel mæstitia* præ-

Mæror. sentis mali, quo conflictamur opinio

opinio dici cõsvevit ubi sangu is&spirit⁹ ad principium suum recurrunt lentâ&paulatinâ retractione quapp sensim ac pro cedente tempore siccantur, u- runtur, ac tandem sanguinem melancholicum, solidarumq; partium exiccationem, modo curarũ laborum & studiorum intensiorum producunt. Talis affectio quò diuturnior est, eò etiam operationes mentis & corporis magis perturbat. De- siderii genere potissimũ *ambi- tionẽ, avaritiã, invidiã & libidinẽ* cõprehẽdimus, ejusmodi vide licet affectus animi, q non solũ rectæ rationis judiciũ postpo- nũt&in honorib⁹ ãbiẽdis, opib⁹ expe-

Desiderium.

petendis, proximi donis perferendis & gulæ Venerisque vitiis ſubeundis enormiter peccant; ſed poſſidentem quoq;, præter animi jacturam, corporis ratione corrumpendo ſic alterant, ut propter ejuſmodi perpetuam illicitam concupiſcentiam calor ab organis cōcoctionis avocetur, præter naturam intendatur & per conſequens humidum vivificum deperdatur, ac tandem omnes totius corporis affectiones in

Ira. deterius vergant. *Ira furor brevis eſt*, juxta Poetam in quo ſpiritus, animo propter objectum ingratum ſubito commoto, cū ſanguine maximè mobili, potiſ-

potissimum bilioso fluctibus continuis movetur & conturbatur, motu multiplici; quapropter irascentes jam pallidos, jam inflammatos esse conspicimus. Hic affectus, ut biliosis & cholericis frequens est, ita statum sanitatis in iisdem facilimè perturbat, inprimis dum valetudo neutralis est, cum hoc modo latentes affectus facilimè concitentur, aut etiam propter facultatum imbecillitatem facilimè generentur. *Metus & timor* propter impendentis mali perceptionem spiritus & calorem ad cordis regionẽ revocat, quod subitò fieri solet, ac non rarò lipo- *Metus & timor.*

I thy-

thymiam & syncopen in quibusdam excitat, cum spiritus & calor quandam suffocationem patiuntur. Cum hoc *pudor* quoque convenit in eo, quod videatur esse timor aliquis ex mollitie subortus, in quo repentè facultas animata propter ingenuitatem recolligitur, unde calor ejus in facie efflorescit. Has & similes affectiones omnes corpus nostrum alterare notum est, quâ de causa totis viribus eò allaborandum, ut juxta præscriptum rectæ rationis eam mediocretatem iisdem introducamus, quæ corporis animæque sanitati maximè conveniens

Pudor.

niens

niens videbitur. Hactenus de præcognitis ad tuendam valetudinem literatorum necessariis: restat ut consequenter rem ipsam aggrediamur.

LIBER SECUNDUS.

De *TUENDA SANITATE studiosorum.*

CAP. I.

De cura cerebri, & per consequens de acuendo iudicio & memoria.



EREBRUM Palladis arcem nō immeritò *Poëtæ* dixerunt, cū juxta *Platonicos* animæ primarium habitaculum & sapientiæ sedes rectissimè nominetur; ut

 enim

enim intelligendi facultate ſapiens creator hominem à reliquis omnibus creaturis corporeis ſeparare voluit, ità præter reliquam corporis admirandam fabricam cerebri peculiarem naturam & conformationem eidem conceſſit, cujus ratione mens per facultates ſubordinatas rerum cognitionem haurit, & ex creatura creatorem cognoſcit, ſibique pefectionem in hâc vitâ poſt æternæ ſalutis participationem ſummam acquirit. In hâc *perfectione acquirendâ* potiſſimum *literati* laborant, quam ob cauſam cerebri cura præ cæteris ad eos pertinet: quo

Cerebri cura ma-

quò enim hujus constitutio melior & constantior, eò etiam ingenium præstantius & ad studia pertexenda convenientius oritur. Cõsideramus autem in *ingenio* duo potissimũ, scilicet promptam apprehensionem, & dijudicationem, quam *intellectus*, sensus communis & imaginationis adjumento perficit, & communiter *judicium* vocatur; ac *memoriam* cujus beneficio cognita, tanquam in thesauro intellectivæ facultatis reponuntur.

ximè spectat ad literatos.

Ingenii dua partes.

Etsi verò satis obscurum est, quomodo cerebri vel etiam alterius membri constitutio talibus mentis operationibus

præesse possit, propterea quod intellectus functiones inorganicæ dicantur, cum nulli parti sit alligatus, atque in eo prærogativam præ reliquis facultatibus omnibus habeat, manifestum tamen est intellectionem in hâc vitâ sine cooperantibus subordinatis [facultatibus] fieri non posse, quam ob causam pro ratione sensus communis, imaginationis & memoriæ, quæ omnes in homine mentis operationibus subordinantur, ipsius ingenii ratio plurimum variat.

Vide Fōtan lib. 6. pathd. cap. 19.

Hinc ergo patet, cum subordinatæ facultates beneficio suorum instrumentorum agant,

gant, & pro instrumento præcipuo cerebrum agnoscant, jure meritoq; partem hanc intellectionis etiã organũ dici posse.

Hoc modo *Galenus* (*in arte parva*) *ingenium præcellentius* subtilem, tardiusculũ verò crassam cerebri substantiam indicare statuit. *Discendi facilitatem* cerebrum formas promptè suscipiens, & *memoriæ tenacitatem* firmam stabilem què naturam ejus indicare.

Etsi v. *Argenterius* sugillet hunc textum, non tamen negare potest, quod innuit *Vallesius in com.* subtilem vel tenuẽ cerebri substantiam á nativâ constitutione talẽ, promptam *In arte medica p.319.*

spiritibus animalibus com- motionem largiri, modo reliqua simul necessaria concurrant, quod etiam *Trusianus in comm. ad tex.* inquit, dum inquit, *substantiam subtilem sequitur virtutis & spiritus porrigentis formas penetratio facilis. Contrarium accidit dum sua natura substantia cerebri crassior est*; sic facilitas discendi, nimirum dum aliquid promptè memoriæ mandamus, susceptivam, hoc est, modicè humidam cerebri substantiam requirit; quod hanc ob causam pueris quibusdam facilius quam aliis contingere videmus. At memoriæ tenacitas stabilem ac fir-

Conjuge. Odd. de oddis in arte parva Gal.

Cur ingenium & memoria

firmam, scilicet moderatè siccam atque duram cerebri substantiam præsupponit. Hinc facilè colligitur, cur iis, quibus plerumque firma satis & constans est memoria dijudicatio, quam alias absolutè ingenium vocant, imbecilior sit, contra quibus judicium acutum est, iis plerumque memoria labilis est.

non conjungantur? vide Vallesiũ in com. artis par. pag. 33.

Hęc ut melius intelligamus primò notandum in pręsentiâ Judicium nihil aliud esse, quam sensus communis & phantasiæ singularem operationem humanam, cum ipsa facultatis intellectivæ functione conjunctam quæ perfi-

Iudiciũ quid. Vide Col. Conimb. lib. 2. de gener. & corrup. cap. 8. q. 4.

tur convenienti temperie & structurâ, tanquã instrumẽto, simul adjuvante rationis appetitu, tanquam excitante. *Istud* potissimum innati calidi natura innuit, quatenus est instrumentũ præcipuum omnis operationis, modò pars ipsa quoq; decenti sua conformatione non destituatur; *Hoc* denotat scientiæ desiderium nobis insitum, quod facultates subordinatas non parum extimulat. Hinc rectè, *Platonici*, quicquid discimus & excogitamus ex amoris fontibus profluere statuunt; Imò non incommodè *Cælius Rhod.* in hũc sensum *ingeniorum causam duplicem*

Arist. 1. *Metaph.*

Lib. 19. *cap.* 16.

plicem statuit, alteram *agentis*, alteram *patientis* potentiam, quarum illa mater actionis, hæc verò perfectionis susceptaculum est. *Item lib. 10. cap. 26.*

Quod ergo maximè considerationi medicę relinquitur, ad *susceptaculũ perfectionis* pertinet, nimirum ad proprietates cerebri, quæ dexteritatem & acumẽ intellectus in apprehendendo & judicando juvãt, purissimus videlicet calor & spiritus innatus, tàm originis suæ respectu, quàm continua restauratione, quę per influentem spiritum & calorem absolvitur. *Quid potissimũ sit medica consideratio nis in Ingeniũ requisitis.*

Non autẽ potest vivificium *Cur de*

 hoc

cerebro in præsentia sit tractandum.

hoc omnis actionis principium sine suo subjecto considerari, quam ob causam substantia & conformatio cerebri simul etiam conjungenda sunt. Etenim promptè spiritus insitus objectum suum apprehendit, dum substantiæ crassities non obstat, nec propter malam conformationem impedimentum aliquod adest.

His positis manifestum est, *imminutionem ingenii* primò per lęsionem innati calidi provenire, cum *fatuitas & amentia juxta Galenum*, ipsum cerebri corpus refrigeratum esse indicent: Deinde *cerebri substantia* mutata *Iudicium* variare potest,

test, dum enim *crassa nimis*, stupiditatem & hebetudinem inducit, dum *tenuitate plurimum excedit*, juxta adagium adest *Ingenium desultorium*, hoc est, varium, ac omni tipulâ levius; Imò & *conformatio* minimè negligenda, nec enim nimis magnum, propter spirituum dispersionem, nec nimis parvum, ob cerebri paucitatem, concinneq; figuratum caput requiritur; cum stupidis & obtusioribus plerumque tales etiam defectus accidant.

Quò igitur mediocrem Judicii functionem à Deo opt. max. sibi concessam *homo literatus* defendat, corroboret,

& in statu naturali conservet in sex rebus non naturalibus dictis juxta præscriptum sapientis medici vivat. *Aëris*, quem inspiramus, natura tenuis ac pura sit, qui rebus odoratis incēss convenientior redditur; cum enim aër spirituosam nostram substantiam reficiat, & generationi spirituum materiam præbeat, mirum nō est, eundem ad ingenii proprietates plurimum inservire, ut non immeritò veteribus *Athenienses* ob aërem tenuem & purum ingeniosi, *Thebani* verò totiusque *Bœotiæ* populi stolidi propter ejusdem am-

Victus ratio pro confirmādo iudicio.

bien-

bientis crassitiem, dicti fuerint. *Cibum & potum* eligat facilis concoctionis ac digestionis, qui scilicet vi refrigerandi vel crassos ac viscidos humores producendi destituatur; hinc igitur *in esculentorum classe* sibi convenientia seligat, eaque convenientibus herbis, seminibus, aromatibus aliisque condimentis justo modo præparet. Huc igitur pertinebit usus Salviæ, Majoranæ, Rosmarini, sem. Fæniculi, carui, Cinamomi, Croci, Macis, nucis Mosch. & similium, si modicè talibus esculenta condiantur.

Coniugo Actuar. lib. de spiritib. ubi diatam pro ingenio & memoria instituit.

Potu-

Potulenta sint temperata, minus evaporantia, quam ob causam à generosissimis & calidissimis, ut etiam à crudis vinis abstinendum; eligatur autem *potus diureticus*, vinum videlicet mediocris virtutis & cerevisia benè cocta, justeque depurata, qui potus eò commodior redditur pro ingenio corroborando, si infundantur *radices Helenii*, *Garyophyllatæ*, *herba Salviæ*, *Rorismarini*, *Betonicæ*, *semina Fœniculi*. *Anisi &c.*

Ambra spiritum corroborans. Inprimis Ambra Grysea ℈ß. quantitate in vinum quotidiani potus, infusa, spiritus animales optimè corroborat, tàm diu, quam diu sapor ejus qualitates indicat. In

In *superfluis excernendis* di-ligens sit homo literatus respectu cerebri, cum hoc vitæ genus præ ceteris capitis fluxionibus obnoxium sit, evacuatione videlicet universali, si opus est, *juxta cap. 10*, vel etiam particulari, promovendo videlicet excretionem superfluorum quotidianam per nares, palatum, aures, oculos &c. imò & evaporationem post somnum pectine eburneo, vel capitis frictione juvet. Corpus exerceat moderatè justoque tempore, nimirum peractis concoctionibus infimi ventris, & somnum fugiat diurnum: sed procul à cœna lecto

sese

sese tradat, ut cum aurora vicissim ad studiorum labores redire possit. Animo sit præsens & juxta præcepta virtutis opinionum mobilitati, si fortè propter spirituum tenuitatem eò inclinat, prudenter resistat & vocatione sua fretus labores studiorum subeat, adeoque juvante methodica disciplina labentes facultates ad intelligendum excitet, cum in hoc ipso desiderio primum efficiens omnis eruditionis consistere videatur.

Verum quid homini literato prodesset prompta receptio & felix dijudicatio, si tan-

tantum esset momentanea? quapropter *memoria* minimè negligenda, cujus beneficio recepta cognitaque retinentur & recordationi suo tempore serviunt. Hanc *Antiqui* ex tribus, quas statuerunt Musas in templo Delphico, maximam posuerunt, tanquam imaginationis sacrarium, ruãt enim & solvantur omnia Ingenii ornamenta necesse est, nisi memoria in præsidiis excubet, inquit *Heurnius de morb. capitis cap.* 14. Etsi vero memoriam alibi cum phantasia conjunximus mi-

Memoria quid?

Vid. lib. 2. de nat. hum. exer. 8. q. 2.

nimè

nimè tamen actus ipsos eosdem esse statuimus, ideoq; in præsentia meritò distinguuntur. Hujus instrumentalis causa dependet eodem modo à cerebro vitali suo calore secundum naturam prædito, respectu substantiæ, quod supra diximus, ob nativam constitutionem temperatè sicco, pro retentione plurimum inserviente. Hinc accidit, quod plures in pueritia & pubertate stupidi, procedente ætate viribus Ingenii, memoriæque valere soleant, dum superflua humiditas ætatis mutatione absumitur, adeoque calor, antea quasi suffocatus, sese magis exe-

exerit, & ipsa moderata sicci-
tas cerebri species receptas te-
nacius recipit.

Nec obstat, pueros quosdam memoria valere ac sæpè in pueritia cognita diutius aliis retineri, cum hoc ipsum ex accidenti fieri possit, tum respectu novitatis, quæ pueris varia rerum cognitione destitutis adhuc admirationem, & per consequens firmiorem apprehensionem parit, tum etiam, quod pueri curis atque cogitationibus vacent & minus mentem distractam habeant. Quod si propter sicciorem cerebri constitutionem pueri sapiant, ante tempus plerumque

De puerorum ingeniis. Vide Sennerti Inst. lib. 2. par 5. sect. 2. c. 4. Dom. Leonem l. 2. pract. c. 2.

que

que præmaturâ morte pereunt, vel ætate procedente minus ingeniosi fiunt, quod spiritus & calor in talibus facilè mutentur in privativas dispositiones.

Porrò diximus *temperatè sicco;* si enim siccitas excedat & ad caloris nativi resolutionem faciat, mirum non est, quod una cum aliis facultatibus ipsam memoriam quoque lædat, ut patet in senibus, in quibusdam convalescentibus, ex febribus ardentibus, in iis, qui tempore Thucydidis ex peste superfluerunt, & aliis.

Notatu dignum est, ut obiter hoc adijciamus, quod refert

fert Mercurialis lib. 1. pract. c. 15. de bibliopega Gallo, qui post epilepsiam incidit in defectum memoriæ, ita tamen ut scriberet & scripta à se ipso nec intelligeret, nec legere sciret.

Ponamus igitur in homine literato sanitate prædito mediocrem atque sufficientem memoriam adesse, quæritur quomodo talis optimè conservari possit. Hic primum *aëris constitutio* rursus eligenda, nimirum ut aër purus eligatur, qui in agentibus qualitatibus maximè temperatus sit, inprimis literati fugiant aërem austrinum cum à ventis me-

meridionalibus aër memoriæ maximè noxius reddatur, propterea quod fluxionibus putridis maximam occasionem præbeat, de quo vide *Hipp. lib. 3. Aphoris. 5.* Sit igitur habitatio sublimior, versus ortum potius, quam aliam cœli plagam, interdum arte aëris dispositio corrigatur, stratis hinc & inde rebus odoriferis nimirum floribus *Salviæ, Lavendulæ Rorismarini, Majoranæ Rutæ, Origani, Serpilli, Thymi &c.* vel etiam incensis *baccis Iuniperi, ejusdemq́ radice* fumus excitetur in musæo, cui usui inserviunt etiam *Thus, Styrax calamita, Benzoi. Ladanum, Ambra, Moschus, Succinum*

Vide ratio pro memoria juvanda.

cinum &c. Si vivis carbonibus aliquid istorũ inspergatur. Ne autem crassior ejusmodi fumus cerebrum afficiat, ideò summò manè per ministros excitetur, antequam è lecto surgamus, ut eò melius interim crassities ejus dispergatur. *Cibum* eligat facilis concoctionis, qui parum excrementitiorum humorum genret, carnium videlicet hædorum, agnorum, pullorum, columbarum, avium montanarum, piscium saxatilium, ovorum sorbilium, jusculorum vini cum aqua rosacea & pauxillo Macis atque croci conditorum, jusculorum cerevisiæ cum bac-

K cis

cis lauri, cumino & vitellis ovorum pręparatorum, juſculo carnium cum ovis diſſolutis, medullâ panis tritricei vel etiam amygdalis confectorum. *Panis* ſale, cumino vel carui ſemine condiatur, & optimè coctus ſit. *Potus* ſit vini temperati probeque depurati, cui conditurę gratia *radices Helenij, Salviæ, flores Lavendulæ, ſummitates Roriſmarini, nux Moſchata & ſimilia* poſſunt infundi. *Cereviſia* benè depurata nec admodum evaporans ſit, quæ maximè redditur accommodata pro quotidiano potu literatorum, ſi cum *baccis Lauri*,

ri, Galanga, Garyophyllis, Mace, nuce Moschata, semnibus Pæoniæ, Granis Paradysi & similibus condiatur, eâ quantitate vel omnibus vel singulis receptis, ut sapor inde jucundus proveniat. *Porrò super fluas excrementias humiditates*, quæ memoriæ plurimum obsunt diligenter homo literatus promoveat, ut antea diximus, & immodicam spirituũ exinanitionem, si corpus rarum atque tenue est, præcaveat; *Balneũ* itaq; non nisi moderate usurpet, ventre evacuato, cûm aliâs facillimè caput repleat, & fluxionibus bonam

memoriam debilitet. *Exercitia corporis* pro calore excitando cibum præcedãt crebriora & ad incipientem usq; levem corporis sudorem. *Somnus* tribus horis à cœna fiat & non ultra naturæ cujusque rationem protrahatur, aliàs noxæ superius lib. 1. cap. 9. dictæ catervatim oriũtur. *Animi affectus* concitatiores sint, qui objecto bono suscitantur, inprimis huc facit *scientiæ desiderium*, quam ob causam impressio firma per amorem rei discendæ proveniens inter alia plurima memoriam adjuvat. Hinc patet obiter, *cur melancholici in statu naturali considerati sint ingenios*

Melancholici cur ingeniosi?

geniosi, quod ipsis non tam natura, quam studio, laborum tolerantia, & imaginationis fortitudine accidit, de quo vide *Vallesium in com. art. parv. Marsilium Fic. de vita sana, Valer. in loc. com. & in enarr. med. 8. Cal. Rhod. lib. 17. c. 5. Fracast. de intellect. & alios.*

Hæc sunt præcipua, quæ sanam cerebri constitutionem conservant, & per consequens memoriam atque judicium corroborant, ubi colophonibus loco notandum vires ingenii plurimùm enervari, per ea quæ spiritus dissolvunt, calorem nativum debilitant, vel etiam crudis humoribus coa-

cervandis, adeoque spirituum infectioni, promptam occasionem præbent. Vitanda igitur *excedens vigilia, studiorum inordinata ratio*, potissimùm lucubrationes nocturnæ, quas plerumq; somnus matutinus excipit, *& crapula sive ebrietas.*

Contra vigilias excedentis.

Quo ad *vigilias excedentes* spiritus dissolvuntur, corpus absumitur, & vires cerebri sensim perduntur, quam ob causam ij, quibus vigiliæ frequentiores ob cerebrum admodum exiccatum accidunt, sibi convenientibus remediis prospiciant; hic primò conveniunt *lotiones pedum ex decoctione foliorum Salicis, capitum Papaveris, Vitium,*

Vitium, *Lactucæ*, *florum Nymphææ*, *summitatum Anethi*, & similium, quibus utantur ante ingressum lecti. Deinde respiciendum *ad alimenta*, qua ratione circa finem cœnæ *Lactucæ* commendantur à Ficino, unà cum haustu vini: *Lac amygdalarum dulcium* cum pauxillo seminis papaveris albi confectum, in hoc casu commodè quoque post cœnam ante somnum usurpabitur. *Lotiones capitis* ex aqua dulci cum rosis, foliis salicis, vitium, & capitib⁹ papaveris decocta frequentius jejunio stomacho usurpata, non parũ hanc siccam cerebri constitutionem excedentẽ juvabunt.

Contra studiorũ inordinatam rationem.

Porrò *studiorum inordinatæ ratio* plurimum ingenio nocet, ut enim omnium partium humani corporis amicus aliquis consensus deprehenditur, sic ipsæ facultatum ac partium functiones conspirant, ita ut una alteram adjuvare vel etiam impedire queat. Hinc *Aurora Musis amica* dicitur, cum tunc temporis vires naturales refectæ sint, & organa concoctionis à suis operationibus quiescant. Ut enim studia intensiora post cibum ingenio nocēt, caput cruditatibus replendo simulque functiones naturales in cibis elaborandis deteriores red-

dunt,

dunt, calorem & spiritum à membris concoctionis ad caput revocando, sic eò promptius in rebus addiscendis est *Iudicium*, firmiorque *memoria*, quò magis istæ præparationes alimentorum perfectæ sunt. Hanc ob causam graviora studia non statim post prandium vel cœnam suscipiamus, quia tunc temporis animus non tantum segnior est, sed & applicatio minimè tam prompta, cum, sicuti diximus, natura defunctionibus aliis solicita sit. Potius igitur tempus matutinum atque à prandio per horam unam atque alteram semotum studiosus eli-

gat, lectionem temperatam, quam non lassitudo, sed consilium finiat, ardenti cognitionis amore instituat, nō cursim ac properanter materiam sibi subjectam trāseat aut diversarum rerum studia confundat, ne ipsi accedat, quod evenit peregrinātibus, qui multa habent hospitia, sed nullas amicitias, nimirum ut multa nesciendo sciat, hoc est, multa sine fructu legat, eaque in proprium Ingenii succum minimè convertat. Dico *tempus matutinum* reliquis præferendum esse; quantum enim lucubrationes nocturnæ noceant ex prædictis patet, quod *Marsilius*

Sen. Epi. 1.

Fici

Ficinus lib. de vita sana cap. 7. pluribus rationibus demonstrare conatur, quæ licet omnes demonstrativę non sint, probabilitate tamẽ suâ non carent quod patet, *quia 1. inquit,* tres planetæ (*Sol, Venus, & Mercurius*) contemplationi faventes adventante nocte nos fugiunt. 2. *Quia* oriente sole aër attenuatur & per consequens sanguis & spiritus nobilior est. 3. *Quia* ordine naturæ dies vigiliis, nox quieti dicata est, cũ solis præsentia calor & spiritus à centro ad circumferentiam moveatur. 4. *Quia* stomachus per diurnas resolutiones

debilitatur, qui nocte vires suas recolligere debet, quod fieri nequit in lucubrationibus. 5. *Quia* spiritus per diem resoluti nocte restitutionem expectant. 6. *Quia* phantasia distracta per diurnas vigilias minus prompta est, quàm post somnum. Dico *lectionem debere esse temperatam*, ubi nota ex *Heurnio de morb. capit. cap. 14.* Admonitione dignum puto, *inquit ille*, ad memoriæ stabilimentum mirum in modum facere studiorum, moderationem. Nec illis credendum, qui studiis assidue incumbendum putant, quod omnia evolvenda sint, ut aliquando optima excerni

excerni possunt. Addunt vitam brevem esse, & infinitam exhaustamque esse librorum segetem. Ita est: Sed hi nos audere hortantur, quod adipisci non possumus, quod assequi nemo potest, sequendum offerunt. Quis quæso, si Nestoris vitam vivat tantum autorum cumulum legat, aut meminerit? multum, non multa legenda, si memoriæ consulendum, alioqui, quæ infarseris, quasi per vas Danaidum effluunt: id ne fiat meditatio remedio erit; consistit enim memoria in fida ac stabili imaginum conservatione. Quare assiduitas lectionis obest sem-

per, nunquam prodest. Nam animi nostri promptuaria ita expedita sunt, ut alia pars excipiendis imaginibus, alia judicio, alia reservandis iis, quę recepta sunt, attriabuatur. Quoties itaque tanta est imaginum frequentia, ut altera alteri occurrat, ut quasi unda propellatur, tunc irritus omnis labor. Certè remissione studia acuũtur, ac vegetius ad remissa studia reditur. Vidistin' ut concertantes non modo adversarii sæpius viribus sed suopte conatu atterantur? hoc nimiũ studiis inhiãtibus usui venire solet: At qui refoti revertuntur, reparatis viribus ingenii &
squa-

squalore illo longi incubatus deterso, veluti repubescentes, nihil non arduum perficient. *Hæc ille.* Dico *ardenti cognitionis amore* legendum esse, requiritur enim ad bonam memoriam, præter cerebri dispositionem convenientem, ut habet *Dom. Leon. lib. 2. pract. cap. 7.* ut pauca audiamus vel legamus & corpus atque animam pacatam & à curis liberam habeamus. Hinc procul extra negotia viventes bonos in studiis, ineptos in foro esse pronunciat.

Cæterum sicut animus ad studia quietus atque pacatus plurimum confert, ita corpus *Crapula studiis noxia.*

quo-

quoque crapula minus obruendum est, cum *ebrietas* non tantum classicis autoribus, propter animi perturbationem *insania voluntaria* dicatur, & sæpius dum in dies plures protrahitur in manifestum furorem evadat, sed etiam crudis humiditatibus cerebrum repleat calorem nativum debilitet & spiritus impuros reddat. Hinc *ebrii balbutiunt* cerebro multa humiditate perfuso, linguaque multitudine humoris ob caloris suppressionem gravata, *vertigniosa atque imbecilliori visione* afficiuntur, quod spiritus animales exhalationibus polentorum non

Vid. Cal. Rhod. li. 13. *cap.* 3. *& lib.* 18. *cap* 33.

solùm

solùm perturbentur, sed simul etiam inficiantur & *imbecillitatem ingenij sibi contrahunt*, innato calido labefactato, spiritibus in deteriorem statum altaratis & cruditatibus fluxionum collectis.

Verum quid respondebimus iis, *qui sanitatis tuendæ gratiâ semel in mense concedunt ebrietatem*, quod somni profundioris ratione virtutibus animalibus allevamentum inducatur, sudor proliciatur, atque ea quæ superfluunt resolvantur. Imo & vomitus excitandi causâ quidam hoc approbant? Hic notandum ea quæ per accidens fiunt ab aliis, quæ per se acci-

Vid. Probl. med. Doc 2. q. 2. *Avicen. Rhas. Diosc.* *An singulis mēsibus ebrietas concedēda.*

accidunt, esse distinguenda. Quanquam verò parum interfit, num sanitas nostra per se vel per accidens conservetur, eò tamen respiciendum est ne juvantia per accidens noxam sępius majorem introducant. Ponamus igitur ebrietatis usu subsequente vomitione, sudore, quiete, vel etiam aliâ secretione superfluorum à natura per vim extimulata per acta corpus sanum interdum à causis morbificis leberari: at quid fiet ubi natura succũbit, ut ejusmodi secretionem tentare nequeat? ubi somnus minimè pacatus subsequitur, quod frequens est ebris, propter

Vide Calium Rhod. lib.30. cap.8.

pter suffocationem & perturbationem spirituum cerebri? ubi calor internus copia cruditatum obruitur, ut ad alterationem assumptorum insufficiens sit? ubi tandem aliæ ebrietatis noxæ considerantur? Hinc non immeritò prædicta sententia refutatur ab aliis: Etsi enim innato calido, *juxta Galeni decretum*, insigniter vinum convenit, cujus ratione in eo statuitur gradu (*ut inquit Cælius Rhod. cap. 32. lib. 28.*) quem cum igne oleum habet ac lumine, tamen utriusque redundantia superfluens utrumque obruit ac restinguit.

Si verò remittendum hac

in

tur, calor nativus moderata vini salubris potione suscitatur & latentes cruditates resolvuntur; ut omittamus *Platonis* rationem Politicam, qui liberaliorem usum vini videtur approbasse, *lib. 1. de le.* quod hac ratione mores hominum facilius retegi statuat. *Colophonidis loco* notandum in hoc capite, quomodo vires *ingenij atque memoriæ* deficientes in statu naturali corroborari debeant. Missa verò *memoriæ læsione*, quâ quidam afficiuntur imbecillitate per generationem à parentibus, extremam senectutem, insignem aliquem cerebri per vulnera vel alia ratione de-

Quomodo viribus Ingenii & memoria deficientibus succurrendum.

ne defectum, aut malam conformationem accidēte (quam incurabilem rectè Medicorum principes statuunt) potissimùm considerabimus illam alterationem, ubi vires Ingenii vel excedēte cerebri humiditate, quod frequenter accidit, vel etiam eiusdem siccitate prȩter naturam labefactantur.

Quomodo cognoscatur defectus ingenii propter humiditatem accidens.

Cognoscitur autem *defectum potius ab humiditate* & per consequens etiam à *calore diminuto vel suppresso* provenire, dum adest capitis gravitas, somnus profundus, stupor & torpor, aurium tinnitus, excrementa cerebri plura & copiosiora; læsio facilis in aëris ambien-

bientis austrina cōstitutione, capilli molles ac recti potius quàm crispi. Succurrendum est itaque hic Naturæ per evacuationes convenientes inprimis verno & autumnali tempore susceptas, *juxta præcepta capitis 7. & sequentium*, post accedendum, ad ea, quæ cerebro peculiariter in tali casu conveniunt, interna videlicet & externa. Interna sunt simplicia & composita. Inter simplicia primum locum tribuimus *nuci Moschatæ*, quám plures classici non tantùm manifestis sed etiã occultis qualitatibus memoriam corroborare statuunt, si sæpè jejuno sto-

ſtomacho maſticetur & in ore detineatur, imò & veſperi quarta pars eius aſſumpta fluxiones ſiſtit & cerebrum corroborat. Hinc in hoc caſu *Hercules Saxonia* cōmendat has rotulas, ſi ſingulis diebus ℥ıß. earum aſſumatur ante prandium.

℞ Nucis Moſchatę num.ij.
Caryophyll. num.vj.
Ligni Aloës ℥j.
Sach. opt. in aq. majoranæ diſſ, f. confectio in
Rotulis.

Patruus noſter D. Jac. Horſtius p. m. magnifaciebat hos morſulos.

℞ Ol.

℞ Ol. nucis Mosch. per express. ℥j.

Marg. præp. ℈j.
Eboris usti
Corn. c. usti præp. ana. ℈ß.
Sach. q. s. in aq. Lavendulæ & Borragin. dissolut.
f. confectio in Morsulis.

Huc pertinet etiam tanquam singulare experimentũ *pulvis olibani selecti* ℈ß. quantitate cum aq. vel vino Lavendulæ frequenter in aurora sumptus, *Zingiber* itidem *conditum, calamus aromaticus conditus, radix pyrethri condita* vel Saccharo obducta, *conserva*

Borraginis) quæ ſpecificum I- genii corroborandi remedi- um ſtatuitur) & inprimis *confe- ctio Anacardina*, quæ juxta *Pla- terum* hoc modo corrigi po- teſt: ℞ *conſ. Anacard.* ℥j. *conſer- va Maiorana, Roſmarini, ana* ℥ß. *miſce. f. elect. de quo ſemel aut bis in ſeptimana ſumatur* ℥j. *jejuno ſtomacho pro doſi. Semen ſinapis* vel cum melle pro bellariis ap- poſitum & ſaccharo obdu- ctum experimentum tutum ac præſens in hoc affectu ſta- tuitur. Notari quoque poſ- ſunt hoc loco *Rotulæ cephalicæ Dorncreilii*, quas proponit in *Diſpenſatorio pag. 82.* quæ recre- ant & reſtaurant ſpiritus ani- males,

Lib. 1. de conſ. leſ. ſ. 1.

males, corrigunt vertiginem, præservant ab Apoplexia, Epilepsiâ, & Paralysi. Omnibus literatis & quicunque assiduâ mediatione & curis facultates animales debilitant, peculiare sunt remedium. Sumuntur quovis tempore tres quatuórve pro unâ vice, ita tamen ut in lingua per se dissolvantur. *Hæc ille.* Descriptio talis est.

℞. Cubebar. ℈ij.
Sem. pæon. maris decrescente luna collect. & excort. ℈j.
Marg. præp. ℈ii.
Smaragdi præp. ℈j.
f. Pulvis subtilis & adde

Ol. nucis Mosch. per de-
stil. ʒj.
Macis stillat. ℈j.
Rorismarini gut. vj.
Lavendulæ gut. iij.
Sacch. fini ℔ j. disloive
in s. q. aq. lilior. convall.
cui add. aq. Epilept. au-
reæ ℥ß.
f. conf. in Rotulis.

Ita commendatur etiam e-
jusdem *Aqua sophorum*, quæ il-
lorum, qui in liberalibus stu-
diis versantur ingenium ob
nimiam humiditatem & frigi-
ditatem stupidum acuit &
memoriam ob eandem exce-
dentem qualitatem labilem
con-

confortat, omnes sensus vivificat & studiosos ad quasvis disciplinas capescendas habiliores reddit. Nec Epati infensa est suâ caliditate & siccitate, cum plurima habeat ingredientia hepatica frigida, sumitur ℥i. alternis vel ternis, vel quaternis diebus, pro majori vel minori necessitate utentis. Descriptio talis est:

℞ Rad. costi amari candid. arom. ℥i.
Cyperi rotundi ℥ij.
Sum. Majoranæ
fl. Anthos
Betonicæ
Cordialium ana M.iij.

Stæchados Arab. ℥vj.
Sem. 4. frigid. major. ex. cort. ana ℥vj.
4. frigido. minor.
Erucæ ana ʒiij.
Santal. albor.
Cirrin.
rubror. ana ℥v.
Myrobalan Billiricor.
chebulor.
Indor.
Piperis longi
Nigri
Castorei ana ʒj.
Pulverisanda pulverisentur subtilis flores minutim incidantur & infundantur in Aq. lilior. conval. simpl. fl. tiliæ Ro-

Rorismarini.
Antiepilepticæ aureæ
ana ℥ix.
Vini malvatici opt. lib.
ix.

Stent in infusione in loco calido per octiduum, deindè destillentur igne lentissimo in Balneo Maris.

Quidam in hoc casu penitus ad decoctum ligni Guaiaci perveniunt, de quo vide Herc. Saxoniam.

Externa talia sunt, quæ calorem excitant & humiditates absumunt, huc igitur pertinent *capitis frictiones post somnum. Lotio capitis* frequentior tali lixivio facta. ℞ *Lixivij*

ex fermentorum vitis vel querci-ni ligni cinere confecti. q. s. adde *Salviæ, Betonicæ, Majoranæ, Lauri, Rorismarini, Lavendulæ, Spicæ ana M. j. Bacc. Lauri, Iuniperi ana* ℥ß coquantur pro lotione capitis. *Mercurialis & Dom. Leon.* loco lixivii sumunt spiritum vini, quod non temere sine consilio prudentis medici faciendum est. Hâc peracta, diligens subsequatur exiccatio linteis calidis Thure suffumigatis. Imò & sapo artificialis pro superflua humiditate corrigenda talis confici potest: ℞ *Saponis veneti 4. par.* ℔. *pulv. rad. ireos, Asari ana* ℥v. *Nucis. Mosch. Caryophyl. an.* ℥iß.

San-

Santali citrini ℥ij. *Moschi* ℈ß. *misce, fiat sapo cum oleo rutaceo, q. ß.* qui usurpetur in lotione capitis. *Inunctio* quoque fiat ex *oleo nucis Mosch.* per expres. ex *Balsamo Maioranæ, Rorismarini,* ad nares & tempora quantitate pisi, manè vesperique. Totum verò caput post evacuationem & lotionem semel in mense inungatur ejusmodi linimento ℞ *Castorei, piperis longi, pyrethri sinapi ana* ℥j. *olei rutacei, de piperibus ana* ℥ij. *Aquæ majoranæ* ℥ iii. M. & coq. ad aq. consumptionem, ac postea fiat linimentum.

Quod si præmatura quædam siccitas in causa est, ut *Quomodo succurren-*

dum de fectui memoriæ ex siccitate pramatura. memoria atque ingenium debilitetur, victus ratio contraria eligatur, & inter experimenta confugiendum ad ea, quæ vim humectandi possident, hûc ergò pertinet eiusmodi *electuarium corroborans* quotidiè quantitate nucis Castaneæ jejuno stomacho sumptum. ℞ *Conser. Rosar. Cichorii, Borrag. Violarum ana ℥ß. specierum Diatrag. frigid. ʒiß. syr. Violar. & Beton. q. s. fiat electuarium.* Pro lotione capitis utile est *decoctam pedum ac capitis* *Plater.* *Vervecini*, cui adduntur herbæ borraginis, violarum, florum earundem ac rosarum recentium, quantum s. pro sufficienti

enti lixivio. *Hercul.* addit Malvam, Altheam, & s. lini. Imò & inunctio non inutilis est, ex *oleo Amygdal. dulcium ac Rosaceo*, partibus æqualibus permisto, & ovi albumine plurimum agitato. Verum ut omnis exiccatio; p.n. maximè vitali principio contraria est, sic etiam hîc parum spei superest, dum causæ exiccantes graviores præcesserunt.

CAP. II.

De cordis functionibus corroborandis.

ETsi dignitate cerebri functiones inprimis in homine literato, qui revera vitam *Cor maximè necessariũ est.*

hominis vivit, primum locum obtineant, minimè tamen negari potest *cordis longè maiorem esse necessitatem*, cum hoc ipsum, operatione suâ, reliquis omnibus membris & maximè quoque cerebro prospiciat, quatenus in eodem principiatus atque origo vitæ, calorisque consistit. Hoc præstat *spirituum vitalium præparatione*, cujus functionis defensio præ reliquis etiam maximè necessaria videtur.

Cum autem potissimum *duplex noxa* respectu cordis præcavenda, nimirum ne spiritus vitales malignitate inficiantur vel deficiant, ideò præcipuè

eipuè de duobus in hoc capite agendum, scilicet *quomodo spirituum vitalium infectio maligna & putrida sit præcavenda & quâ ratione spiritibus deficientibus succurrendum.*

Quod attinet *spirituum infectionem*, illam malignam ac putridã dicimus: videmus enim nõ solùm affectꝰ pestilentes & malignos, sed simul etiã putridas febres aliosq; similes morbos ab uno ad alterum non rarò propagari. *Præ cæteris maxima cautio requiritur*, ubi vel ex officio vel ob christianę charitatis affectum cum ægrotantibus pestiferis conversari cogimur; hîc primo *De spirituum infectione præcavendâ.*

Consilium in praeservatione pestis.

aër in quo vivit homo sanus, maximè purus & ad siccitatem declinans sit, qui talis reddatur arte, si necessum est, accensis rebus odoriferis, quæ in pestis præservatione requirũtur; priusquam accedat aliquis ad ægrotantem, per horam unam atque alteram in camera laborantis primò fumus excitetur, ex *rasura cornu hircini*, vel incenso *Absinthio*, *foliis quercinis*, *lignis Iuniperinis*, & similibus, qui tandem rursus apertis fenestris accenso igne luculento discutiatur, idque fiat post ortum solis, ubi luminis & caloris pręsentia venenatę ac pestiferæ exhalationes citius dissipantur. *Ad ægrotantem acce-*

dens summo studio respirationis halitum vitabit & locum remotiorem decem vel octo pedum à lecto sedens occupabit, nec admodum diu penes ægrotantem commorabitur: imprimis notandum nihil presentius esse pro præservatione in ipso loco infecto, quam si *fax picea accensa* collocetur inter ægrotantem & astantem; *Victus rationem* in hoc respectu talem instituat, quæ faciat ad spirituum corroborationem, putredini resistat, ac tēperatè refrigerādi facultatē possideat de qua vide consilium brevissimum una cum libello nostro de Scorbuto impressum. Con-

junge

junge quoq; consilium adver-sus pestem, Dn. D. Jessenii nuper hîc impressum. Inprimis hîc notandum *inediam sanis inconvenientiam* judicari, propterea quod spirituum restauratio perennis maximè necessaria sit, ne prompta eorum infectio subsequatur. Hinc ad ægrotantes, vel etiam extra domum jejuno stomacho non eundem est. Quocirca præservans optimum judicamus *butyrum cum rutæ foliis* permistum addito pane, sumptum, una cum haustu vini, cui *Carduus benedictus*, *Absynthium* vel similes herbæ infunduntur. Quibus verò talis alimento-

rum

rum appetitus non est, illi loco jentaculi *rotulas cum extracto Angelicæ, Zedoriæ speciebus liberantis & similibus* confectas assumant, aut utantur domestico isto remedio, quod fit ex *ficubus, nucibus juglandis, fol. Rutæ &c.* cujus descriptio in citato germanico consilio præscribitur. *Animiis vigiliis* in hoc casu abstinendum, cum spiritus debilitent, unde minus postea causis externis resistunt: sit verò *somnus moderatus*, ne vires excedente somno, penitus obruantur. *Exercitium corporis* hic moderatum sit, ne pori cutis patentes nimis reddantur, ideoque rarius ad sudorem

ſudorem uſque motus in aëre libero inſtituatur.

Corporis evacuationes naturales promoveantur, inprimis eò reſpiciendo, ne peccantium humorum copia colligatur; quâ ratione rectiſſimè pręſervationis ergò præſcribantur *pilulæ de tribus, ſeu pillulæ Ruffi*, ſi ſingulis ſeptimanis ℥ j. quãtitate jejuno ſtomacho ſumantur. Naturis ſanguineis *venæ ſectio* conveniens eſt, evacuatione lenitiva præmiſsâ. *Sudor* in lecto factus aſſumpto quodam ſudorifero temperato, conveniens eſt, ſi ſemel atque iterum in ſeptimanâ fiat, ſed poſt ſudores per plures horas aër externus vitetur. *Animi paſ-*

stiones ad constantiam redigantur; nihil enim deterius quàm subita consternatio, cujus ratione sæpius pestis excitatur absque manifesta causa, dum pestiferum venenū promptè vitali principio se insinuat.

Porrò minor est infectio *in febribus malignis, putridis, lue gallica, phthisi dysenteria*, & aliis affectibus, quibus eos, qui semper & omnibus horis cum ægrotantibus versantur diuturnitate temporis tandem infici videmus: contrà verò, qui rarius accedunt, nec ita cōtinuò aërē exhalationibus ægrotorū infectū hauriūt, nullâ penitus noxâ afficiūtur. Pręcipua igitur *præser-*

Consiliū in præservatione febrium malignarum.

servatio spirituum hîc est, ut aër agrotantem ambiens frequenter alteretur ac astantes à diutinâ morâ, inprimis respirationis halitu, sibi caveant. Hoc modo *malignam & putridam spirituum vitalium infectionem* præcavendam esse statuimus: jam sequitur ut videamus, qua ratione spirituum defectui succurrendum sit.

Quõodo spirituũ defectui sit succurrendum. Est autem *duplex causa*, cujus ratione spirituum vitalium functio potest impediri, sc. *resolutio & oppressio*, de quibus utrisque meritò agendum est.

Signa resolutionis spirituum. *Resolutione spirituum* facilimè læduntur illi, quibus dispositio corporis rarior ac magis delicata

delicata eſt, ubi frequēter animi deliquium appropinquat ex ſtudiis intenſioribus, nimis vigiliis, balneis calidioribus, exercitiis vehementioribus, & animi quibuſdam affectibus ingentibus, *iis ſcilicet in quibus calor & ſpiritus à corde ad circumferentiam ſubitò moventur*, ut ſunt *amor, gaudium, lætitia excedens ac ſubitanea* &c. His enim omnibus vis ineſt attenuandi ac diſſipandi, reſpectu ſpirituum vitalium, ideoque literati, qui talibus ex cauſis ad jacturam virium ſe promptos eſſe vident, omnia ſpiritus reſolventia diligenter caveant: *Aërem vitent nimis calidum*, ex

quo

quo pôtius debilitatem quàm spirituum refectionem sentiunt, quem æstivo tempore stratis hinc inde *rosis*, florib. *Nymphææ*, *foliis Salicum & similibus* quotidiè renovatis corrigant. *Iejunium & inediam* vitent, inprimis *ii*, qui *concionãdo vel perorando*, vel *aliis studiorum laboribus* ante prandium ob dissolutionem virium debiliores evadunt. Hic enim conveniens erit jentaculi loco, *jusculum cerevisiæ cum ovis, aut jusculum vini, vel ovum sorbile, vel adminimum panis cum butyro, superaddito haustu vini, cui Rosmarinus, vel Salvia vel simile quid infusum fuerit. Evacuationes nimias* & con-

confertim factas *per alvum, venæ sectionem scarificationem & sudorem* angue pejus fugiant: *exercitia* corporis moderatè subeant & *affectuum vehementiæ*, quantum possibile est, imperent.

Contrà non rarò vires *oppressione spirituum* debilitantur, in iis scilicet, quib. corporis constitutio plenior est, quipropter hanc causam ad collectionem superfluorum & crudorum humorum aptiores reddũtur. His *aër attenuans & resolvens* convenit; *victus ratio* non admodum plena sit, quæ vim habeat calefaciendi, siccandi & attenuandi; *evacuationes* super- *Quomodo spirituum oppressioni succurrendum.*

superfluorum diligenter promoveantur, inprimis suo tempore purgationes & venæsectiones *juxta cap. 8. & sequentia* negligantur; *Sudores*, item ac *balnea*, præmissis aliis evacuationibus, si opus est, frequentius instituantur, una cum *exercitiis corporis*, per quæ calor in his quodammodo suppressus magis excitatur. *Animi affectus* humores & spiritus affatim commoventes his conveniunt, *excandescentia* videlicet *levis*, *gaudium frequentius* &c. Tantum de spirituum vitalium corroboratione quatenus statum s. n. perpendimus, ex quo facilimè colligere licet, in
statu

statu præter naturam lapsum virium in animi deliquio & syncope non semper eodem modo corrigi posse, quemadmodum alibi demõstravimus. Dec. 5. problem. Therap. q. 1.

Cap. III.

De jecoris functionibus promovendis.

JEcur sanguinis officinam esse constat; at sanguis naturæ thesaurus est, proxima scilicet conservationis nostræ materia; quocirca meritò de functionibus hujus visceris promovendis, agendum. Etsi verò variis modis præter naturam jecur alterari potest, potissimum tamen in præsen-

tia de ejusdem *inflammatione & obstructione* præcavendâ, tanquam malis literatorum generi frequenter accidentibus agemus. *Inflammationi* jecoris obnoxii sunt illi, quibus viscus hoc impensius calet, quod colligitur, dum cupiditas cibi frequenter amittitur, inprimis respectu carnis, dum frequens ac multa sitis est potissimum in principio cœnæ vel prandii, dum totus homo, præsertim in plantis aut palmis calet, quibus urina subrussa, pulsus celerior, vomitiones biliosæ, febriles accessiones & plerumque ventriculi constitutio frigidior superveniunt.

De præcavenda jecoris inflammatione.

veniunt. Cum igitur his & aliis signis inclinationem ad jecoris inflammationem adesse colligimus, *victus ratio talis eligatur, quæ sanguinis fervorem temperet, ac ejusmodi præternaturalem affectionem* præcaveat. Sint igitur *alimenta modicè aperientia, incidentia, detergentia & quodammodo refrigerantia.* Conveniunt ergo prętertemperata alimenta vulgaria, quæ facilè coquuntur & sine difficultate distribuuntur, *endivia, lactuca, asparagus, spinachia, acetosa, nasturtium aquaticum, & similes cum aceto & oleo dum in acetarii forma præparantur, aut cum pullis*

gallinarum aut columbarum eli-xantur. Imò & *citri vel limorum succus* alimentis, inprimis assatis carnibus aspersus, vel fructus integri una cum carne vitulina vel gallinarum elixi, in hoc casu maximè cōveniunt. *Cremor Ptisanæ, pruna Damascena, brodia carnium, cum ovis dissolutis, in præsentia* commendātur. *Vinum sit tenue*, nec admodum calefaciens, illiusque loco cerevisia eligatur probè depurata, nec admodum recens. Interdum *seri caprini* haustus vacuo stomacho maximè prodest, ut & *emulsio seminis melonū* cum aqua secundæ decoctionis hordei facta. Tempore cœ-

næ

næ vel prandii *non fiat initium à potu*, ne fervidus calor intensior reddatur, etiamsi sitis urgeat, sed liquidioribus primū ac post aliis etiam alimentis præmissis, fame quoque non admodum urgente, potus appetitum aliquando cohibeamus. Ex *fructibus* conveniunt *Amygdala*, *Pistacia*, *Passula minores*: *Melones* etiam sacchar o conditæ suo tempore conceduntur, ita tamen ut cum aliis cibis non misceantur, quod alias facilimè corrumpantur. Jejuno stomacho conveniēs est *Conserva Rosarum vitriolata*, quantitate nucis Castaneæ sumpta quotidiè. Qui confe-

ctionibus delectātur, illi quotidiè rotulas *confectionis diarrhodon Abbatis* sine speciebus usurpent, quæ conficiantur cum saccharo in aqua rosarũ dissoluto. Potissimum verò necessarium est, ut anniversariæ evacuationes minimè negligantur, quemadmodum suo loco dicemus.

De jecoris obstructione præcavenda.

Cæterum *jecoris obstructio* non raro etiam literatis imminet, iis scilicet quibus adest ventriculus imbecillior, difficultas quædam anhelitus, lassitudo ac gravitas dextri hypocchondrii, quibus feces chylosæ, subtiles ac pluri. mæ, urinæ subtiles crudæ ac

ac paucæ, corporis extenuatio sensim facta, color faciei minimè floridus. His & similibus signis ex parte tantum apparentibus victus ratio diligens instituatur, nimirum vitentur *cibi crassi, viscidique*, ut sunt carnes bubulæ, porcinæ, pedes animalium, eorumque jecora, legumina & alia hujus generis. Reliquæ carnes cũ *Fœniculo, Pulegio, Satureja, Hyssopo, Capparibus, porro* & similibus aliquantulũ præparẽtur & cõdiantur. *Panis* nõ penitus ex flore farinæ sit, sed aliqd furfurũ adhuc obtineat, & cũ *aniso atq; fœniculo* coquatur, ut majorẽ aperiendi & deter-

tergēdi facultatem possideat. *Dulcia* cum alimentis permista vel aliâs frequenter assumpta, jecoris obstructionibus ansam præbent, cum hac ratione cibus nondum à ventriculo concoctus attrahatur, ideoq; vitanda sunt iis, qui huic malo obnoxii. Quod de vinis quoque crassis ac turbidis, quę propter levem ebullitionem ab externo calore factam dulcia sunt, meritò notari debet. Sit autem *potus modicè calefaciens & aperiens*, vinum sc. optimè depuratum, inter vetus ac recens medium, cui *radices Benedictæ, Helenii*, &c. infundantur: qui *cerevisiæ* assueti sunt, opti-

optimè depuratam ac sufficienti lupulo confectam eligāt, cui commodè quoque radices prædictæ cum herba *Scolopendriæ* immittuntur. Vacuo stomacho maxime conveniēs est horis duabus ante cibum *haustus brodii gallinarum, cum radicibus cichorii* & *pauxillo macis* cocti, si præmissa lenitiva evacuatione singulis diebus bis per octiduum usurpetur. Illius loco plurimum quoque convenit *Sal absinthii quantitate* ℨj. *cum conserva fumariæ vel radicum cichorei* conditarum atque contusarum ℥ ß. permistus, ita ut de hac mistura jejuno sto-

macho quantitate nucis juglandis assumamus ac haustũ *vini Absynthitis*, *Cardui Benedicti*, vel *Enulati* superaddamus. *Magisterium quoque tartari vitriolati*, quantitate ℈ß. cum brodio gallinæ sumptum (vel illius loco spiritus salis gutt. vij.) idem præstare potest. Inprimis notandum hîc *temperatum corroborans jecoris*, quod conficitur ex passulis corinthiacis in vino generoso ad formam pultis decoctis & per setaceum trajectis & ad consistentiam Electuarii lento igne inspissatis, cujus compositionem habet *Solinander in cons. medic. s. 3. cons. 2.* Plurimum quo-

quoque, tam jucunditate, quam præstantia sua commendantur *amygdalæ amaræ & pistacia* si decorticentur, per noctem in vino malvatico macerentur & jejuno stomacho numero X. frequenter assumantur. *Somnus* in his moderatus sit, quem *vigiliæ* longæ superent: *exercitia* corporis non negligantur, imprimis ante cibum; *alvus* quotidie promoveatur, correctis imminentibus obstructionibus per ea, quæ leniter solvunt, ut *sunt Syr. de Cichoreo* cum *Rhabarbaro*, *Rosatus solutivus*, *Manna in brodio gallinæ dissoluta*, *decoctum pru-*

norum Damascenorum ante cibum assumptum, &c.

CAP. IV.

De robore organorum sensus atq; motus conservando.

CErebrum respectu principalium functionum ante consideravimus, consequens est ut videam⁹ quomodo partes huic inservientes, in constitutione sanâ conserventur. Quocirca monstrandum restat, *quomodo sensus & motus* organa, potissimùm in hoc vitæ genere ab externis injuriis defendantur, Initium faciamus à visu, qui beneficio oculorũ perficitur. Horum operatio sicut

Oculis prospiciendum in studiosis.

sicut maximè necessaria est literatis, ita nullibi magis & facilius, quam in hoc vitæ genere labefactatur. Eò igitur totis viribus allaborandum, quò mediis convenientibus eandem corroboremus & in statu naturali conservemus. Hinc primum *aër* vitetur *austrinus, caliginosus, humidus, crassus*, qui teste *Hipp. 3. Aphor. 5.* caliginem oculis obducere statuitur. *Cibi* præditi sint attenuatoria facultate, minimè flatus generent & vim siccādi possideant. Sit ergo *panis* optimè fermentatus & fæniculo conditus, *carnes* sint facilis digestionis & cum Euphrasia & fæniculo

frequentissimè coquantur: loco salis communis ejusmodi sale artificiali utamur.

℞. *Salis elect.* ℥j.
Pulv. Euphragiæ ʒß.
Sem. fœniculi.
Macis.
Cinamomi an. ℈ißs.

Misce & usurpentur loco salis in mensâ, & interdum cum ovo sorbili matutino tempore. Vitentur quæ facile sursum evaporant, & capitis fluxiones augent, inprimis in cœna, ut sunt *Raphanus*, *Sinapi*, *Cæpæ*, sicut & omnia *frixa in sartagine*, quæ laxatione superioris orificii ventriculi capitis fluxionibus ansam præbent.

bent. Jejuno stomacho *cond. rad. fœniculi*; *confer Euphragiæ, quantitate* ℥ß. *semen fœniculi ma-sticatum, ejusdemque balsamus pisi minoris* quātitate sumptus confert. *Potus* sit *vinum tenue* vel *cerevisia probè defæcata*: crudum vinum per se, generosius per accidens caput replendo visum debilitat, qua de causa potatores aquę apud *Alexand. 2. problem. 5.* acutius aliis videre dicuntur. Convenientius *vinum tenue* redditur, ubi per additionem *fœniculi*, *Euphragiæ* & similium fit medicatum. Inprimis verò potus cum cœna desinat, cùm visioni maximè noxium sit mox
ante

ante somnum bibere. *Somnus excedēs* visionem hebetat, impuriores & segniores reddēdo, spiritus animales, cerebrumq; cruditatibus replendo. *Vigiliæ moderatæ* conveniunt, inprimis dum studiis inter locum obscurum & lucidissimum talem eligimus, qui medio modo sese habeat. *Lucubrationes moderatæ* sint, nec statim à cibo suscipiantur, mensis altioribus, ne admodum in faciem decumbere cogamur: *diurno tempore* pileis latioribus à claritate solis, nocturno vero cādelabris umbraculis additis à splendore candelarum oculi defendantur. Potissimùm vero no-

ro notandum *evacuationes cerebri* minimè negligendas esse, propterea quòd in literatis, aliâs fluxionibus obnoxiis, visus frequenter ob copiam peccantium humorum debilitari soleat. Præmissis igitur in tali casu convenientibus evacuationibus debilitati visionis sequens experimentum *à Cardano* posteritati relictum commendamus, si scilicet syrupus iste quotidiè jejuno stomacho quantitate duorum vel trium cochlearium assumatur. *De tuen. sanit. lib. 4. cap. 19.*

℞. *Ligni sancti raspati* ℔j.
Cort. ejusdem ℥ iiij.
Aq. ℔ *x.*
Mellis optimi ℔ *ij.*

Ru.

Rutæ.
Cinamo: ana ℥j.
Euphrag. chelid. ana ℥ iß.
Sant. citrin. ℥ iß.
fol. Senæ orient. ℥j.

Infunde, per 24 horas, bulliant ad consistentiam syrupi. Post colaturam, secunda vice cum eadem quantitate aquæ & vini fiat infusio, decoq. ad tertias pro potu quotidiano, cibo convenienti minimè neglecto. Commendantur præterea *Myrobalani chebuli conditi*, ieiuno stomacho frequenter usurpati, juxta *Marsilium Ficinum.* Stillatitius etiam *fæniculi liquor*, omnis olei expers, oculis maximè convenit.

venit, si matutino tempore loco frigidæ aquæ pro extergendis oculorum sordibus usurpetur; imò & *vinum tenue, cui fæniculi herba* per noctem infusa fuit, in hoc casu convenit; at rubedine præsente, vini loco *rosarum aqua* substituitur.

Visionis operationem *auditus functio* sequitur, maximè quoque literatis necessaria, quam sæpius *tinnitu, sibilo & difficultate* lædi posse deprehendimus. Cum autem tale vitium cerebri repletionibus & crudis humiditatibus & flatulentis evaporationibus originem suam debeat, idcircò *De auditu juvando.*

prædi-

prædicta victus ratio repetatur, & pro localibus ac specificis medicamentis subsequentia notentur. Nimirum *præmissâ capitis evacuatione* frequenter matutino tempore per infundibulum *vapor vini* recipiatur in aurem, in quo primò *radix Hellebori albi, Asari, herba Origani cum pauxillo Myrrhæ & Olibani*, aliquandiu decoquantur. Interdum prædicto decocto *Spongia nova* repleatur & auribus applicetur, quibus rursus detersis, *bombacem aliquot guttis olei fœniculi* repleas, eumq; cavitati aurium exteriori immittas. Hæc & similia cum fructu applicantur, præmissis capitis

eva-

evacuationibus, & , si necessum est, diversionibus *per scarificationes aut vesicatoria emplastra factis.*

Porrò minus periculosum, fœdum tamen esse videtur dum *Nares Coryza* frequenter afficiuntur, ubi primò capitis evacuatione per convenientes pilulas opus est, quo facto usurpantur illa, quæ destillationem crudam promovent, ubi præter cætera domesticum est remedium *nigellæ semen*, *aceto maceratum*, rursus exiccatum ac postea nodulo comprehensum, ejusdemque vaporoso odore per nares frequenter attracto. Plura de catarrhorum *De odoratu juvando.*

præ-

præcautione capit. quinto sequuntur.

De præservatione oris. *Oris* tandem puritas non tantum gustatus ac loquelæ gratiâ, sed etiam propter conversationem cum aliis diligẽter conservanda est, quam ob causam vitanda omnia ea, quæ noxiam fœtidam oris constitutionem producunt. Quocirca matutino tempore post somnum, tum etiam post cibum os *aqua frigida* diligenter eluatur, quæ redditur accommodatior, si *quarta pars aceti* adjiciatur. Vel fiat decoctum ex *rosis rubris* exiccatis, unâ cũ *floribus malvæ arborescẽtis*, quod instar collutionis frequenter usur-

usurpetur. *Imò etiam mentha in aceto & aqua* decocta convea niens est in hoc casu.

Quod si *gingivarum* caro propter mollitiem & putredinem ad sanguinolentiam prona videatur, sequenti decocto frequenter os abluatur.

Contra gingivarum putredinē.

℞. *Plantag.*
Polygon.
Rosar. rub. an. M j ß.
Balaüstior. M ß.
Aluminis usti ℈ j. f. decoct. in ß. q. aq. ad tertias, colentur ℥ viij.

Quo facto gingivæ per sequens linimentum inunguntur: recipe *mellis rosati ℥ i. Nucis mosch. tenuissimè pulverisata ʒ i ß.* misce.

misce. Dentes etiam atq; gingivas non tantum purificat, dealbat, à concretione tartari præservat, sed simul quoque bonum oris halitum cõciliat sequens pulvis, pro dentifricio singulis diebus usurpatus jejuno stomacho.

℞. *Radicum Ireos florent.* ℨiß.
lap. pumicis præpar. ℈ ij.
Ossis sapiæ
Mand. lucii ana ℨß.
Corn. cer. usti præp.
Corall. rub. præp.
Marg. præp. ana ℈ ij.
Misce f. pulvis;

qui fit jucundior, ubi granis duobus *Ambra* & *Moschus* adduntur. Inter simplicia in tali casu,

casu prædicta possunt usurpari, quibus adduntur *pulvis Rorismarini*, *menthæ rasuræ eboris* & similes. Quod si *gustatus* ob imbecillitatem ventriculi, vel pituitæ, vel bilis suffusione deperdatur, præmissis evacuationibus appropriatis de subsequenti electuario Nucis juglandis quantitate frequenter assume jejuno stomacho:

℞. *Sacchar. rosacei*
Diacydon. ana ℥iß.
Corall rub. præp. ℨij.
Syr. de mentha q. s.
f. elect. molle.

Ultimò nobis superest ut videamus, qua ratione *robur* articulorum cōservari possit, pro- *De articulis corroborandis & po-*

N

dagricis fluxionibus præcavendis.

propterea *quod fluxiones podagricæ* præ reliquis huic etiam vitæ generi frequenter accidant. Causam sine longiori indagatione colligit is facilè, penes quem in confesso est, *primã arthritidis originem à cruditate concoctionum provenire*: at nullibi magis, tàm propter vitam sedentariam, quàm quod à visceribus nutritionis calor nativus ob frequentes meditationes, aliò revocetur vis concoquens debilitatur, quam apud literatos. Accedit *victus ratio plenior*, inprimis *vini tartarei*, vel etiam *plurimum penetrãtis* usus frequentior, quorum *istud* serositates acres sanguinis

nis auget, *hoc* autem eaſdē ad articulos longiſſimè dirigit, in quibus eò citius talis fluxio recipitur, quò magis vel à *paterna proprietate vel alias etiam imbecillitas* ad recipiendum adeſt.

Primùm igitur eò reſpiciēdum, ut vitentur omnia illa quæ cruditates augere, feroſoſque tartareos humores generare poſſunt, ideoq; citò vētriculo, ſicut & reliquis cōcoctionū inſtrumentis ſuccurrēdum erit, juxta præcepta c. 7. & ſequent. Inprimis *temperantia*, quæ voluptates veneris & gulę moderatur, plurimū hîc præſtat, cum *illius* ratione calor

nativus resolutione, contrà *hujus* respectu suffocatione deperdatur. Imò & *superflua*, quæ propter imbecillitatem digestionis colliguntur, per convenientes annuas atque statas evacuationes, juxta præcepta c. 8. & seq. auferantur, antequã peccans materia effervescat & ad articulos transmittatur. His ita consideratis *antecedentis causæ respectu* minimè negligenda est *capitis & articulorum constitutio*, quam ob causam nõ tantùm vitanda sunt illa, quæ debilitatem introducere possunt, sed maximè quoque solliciti esse cogimur *de capitis & articulorum corroboratione. Capitis*

tis robur post usum evacuationis universalis firmatur, dum continuo pileolus ejusmodi gestatur:

℞. *Her. Majoranæ, Rorismarini; fl. Lavendulæ, Betonicæ, Salviæ, Rosarum rub. ana M*ß. *Nucis Mosch. Caryoph. Macis ana* ℈ij. *Thuris, Ligni Aloës ana* ℈j. *leviter contusa misceantur, & cum bombace, fiat pileolus ex syndone.* Suffumigium tale fiat. ℞. *Benzoi, Styracis cal. Nigellæ, Masticis an.* ʒß. *succini* ʒij. *m. f. pulvis grossus,* carbonibus inspergendus. Naribus etiam frequēter *Balsamus Majoranæ, Rorismarini vel oleum nucis Moschatæ* inungatur, quantitate pisi majoris.

Articulorum ratione Pauli nostri consilium approbamus, si sc. homo, qui dispositum se videt ad hunc miserabilem affe- ctum, articulos quotidiè bis ante prandium & cœnam sale benè trito cum oleo inungat, cum *oleo* inquam, quod eo cō- venientius redditur, si primū aliquoties *cum floribus liliorum convall.* infundatur. Imò & *vi- num adstringens* lotionis vice debilioribus articulis frequē- ter adhibitum eosdem plurimum corroborat. Nec negli- gendum est *balneum*, quod post præmissas evacuationes totius pro corroboratione ar- ticulorum hoc modo fieri po- test. ℞. *fol.*

℞. *fol. Myrthi*
Plantaginis
Verbasci
Origani
Calamenthi
Salviæ ana Mj.
fl. Rorismarini
Balaustior ana Mj.
Bacc. Iuniperi ℥ ij.
Aluminis ℔j ß.

Bulliant omnia in s.q. aq. pro balneo pedum & articulorum.



Cap. V.

De præservatione pectoris & pulmonum, ubi potissimum de catarrhis phthisin ac difficilem respirationem producentibus.

UT *cerebrum* cooperantibus organis sensuum animales functiones perficit; ita *cor vitalis functionis organum*, tum demum toti benè prospicit, quando *pectus & pulmones* tanquam partes eidem inservientes optimè valent. Etsi verò prædictæ partes variis caussis p. n. affici possint, frequenter tamen in statu s. n. potissimùm apud literatos *fluxionibus*

bus catarrhosis læduntur, qua de causa non rarò *pulmonis exulceratio, phthisis, tussis & respirationis difficultas* subsequuntur.

Hinc igitur in præsentia nõ incommodè *de catarrhis ad pectus & pulmones* frequenter descendentibus agendum. Horum origo dependet à *frustrata alteratione cerebri*, quam ob causam primo respiciendum est ad *partem mittentem*, scilicet ad cerebrum, deinde *ad partẽ recipientem* nimirum ad pectus & pulmones. Sit ergo diæta conveniens, quæ generationi fluxionum cerebri resistat. *Aër ambiens* temperatus sit, *nec nimium*

De catarrhis præservãdis.

mium calidus qui humiditates cerebri dissolvendo, *nec nimiũ frigidus*, qui consuetam digestionem impediendo, catarrhos auget; inprimis *austrinus & borealis* vitentur. *Alimenta* sint facilis concoctionis, plus nutrimenti quam excrementi possideant, & parcâ manu cõcedantur, cum nihil convenientius catarrhosis, quam *ieiunium*, nihil magis noxium *quã ciborum exuperãtia*, quâ de causâ *Socrates* apud *Platonem* tempore *Homeri*, quod simplici victu uterẽtur, catarrhum ignotum fuisse testatur. Fugienda igitur sunt, quæ *cerebrum replẽt* evaporatione sursum cruditates.

ditates movendo, *Raphanus videl. Cape, Sinapi, Allia; quæ difficulter coquuntur & pituitam cumulant*, carnes videlicet vetustæ, pisces palustres, legumina difficilioris coctionis, *quæ ventriculum & præsertim orificiũ ejus sinistrum laxant*, ut sunt omnia frixa vel pinguia. *Cœna* respectu *prandii* parca sit, & longè somnum præcedat, quà ratione nc væ destillationis materia non tantum cerebro subtrahitur, sed simul etiam id, quod in cerebro cruditatis superest melius nocturno tempore caloris per somnũ collectione facta digeritur. *Post cibũ ad reprimēdas* evaporationes & p ventriculo

An cœna debeat esse parcior prãdio? v. Merc, lib. 1. pr. c. 27

triculo claudendo *bolus Diacydonii simplicis vel conservæ rosarũ antiq.* convenit. Qui pulvere stomachali delectantur talem sibi conficiant:

℞. *Coriandr. præp.* ℥ i.
Masticis
Cinam. el.
Santal. alb. ana ʒ ij.
Sacch. ad pondus omnium f.
Pulvis sumatur quant. ʒß.
Post cibum cum pane tosto vino generoso parum asperso.

Potus sit talis, qualem præcedenti capite præscripsimus, qui convenientior redditur, ubi per *radices helenii* pectori maximè dicatas & concoctionem adjuvantes medicatus reddi-

redditur. *Somnus* tribus horis à cibo fiat, sitque moderatus, qui propter nativi caloris collectionem cruditates destillationum alterare potest. Hoc eò melius natura præstabit, cũ eandem adjuvabimus, *exhalationes à visceribus concoctionis impediendo & crebrum appropriatis exiccantibus corroborando*: nimirum ubi mox ante somnum particulam de subsequẽtibus morsulis assumemus;

℞. *Nucis mosch.*
Olibani elect. ana ʒi.
Masticis
Pulv. liquiritiæ ana ℈ ij.
Corn. c. usti præp. ʒi.
Coriand. præp. ʒiß.

Rorismarini
fl. Lavendulæ ana Mj.
Caryophyll.
Nucis mosch.
Rad. ireos.
Thuris ana ℥ij.
fol. sen. ℥ß.
Agarici ℈ij.
ZZ.
Anisi ana ℥j.
fol. laurip j.

Cum lixivio ex *cinere vitium* comparato, fiat lavacrum capitis. *Animæ commotiones, & inprimis mētis operationes* sint moderatæ, qua de causa studia hîc maximè ordinata requiruntur, inprimis nocent lucubrationes post cibum & maximè

dum

dum proni tabulis admodum innitimur. Hoc modo frustratam alterationem cerebri, catarrhorum originem, præcavemus, præmissis tamen iis, quæ ad superfluorum evacuationem pertinent: Superest ut videamus etiã quomodo pars recipiens, pectus sc. & pulmones, corroborari possint.

Dum igitur justo modo causæ antecedenti prospectũ fuerit, necessarium erit, ut ea non negligamus, quæ partem affectam respiciunt. Si igitur *tussis ob asperitatem* arteriæ vocalis & meatuum pulmonum adest, adhibeantur illa, quæ leniendi facultatem obtinent, *De corroboratione pectoris & pulmonis.*

ut

nativus resolutione, contrà *hujus* respectu suffocatione deperdatur. Imò & *superflua*, quæ propter imbecillitatem digestionis colliguntur. per convenientes annuas atque statas evacuationes, juxta præcepta c. 8. & seq. auferantur, antequã peccans materia effervescat & ad articulos transmittatur. His ita consideratis *antecedentis causæ respectu* minimè negligenda est *capitis & articulorum constitutio*, quam ob causam nõ tantùm vitanda sunt illa, quæ debilitatem introducere possunt, sed maximè quoque solliciti esse cogimur *de capitis & articulorum corroboratione. Capitis*

tis robur post usum evacuationis universalis firmatur, dum continuo pileolus ejusmodi gestatur:

℞. *Her. Majoranæ, Rorismarini; fl. Lavendulæ, Betonicæ, Salviæ, Rosarum rub. ana Mß. Nucis Mosch. Caryoph. Macis ana ℈ij. Thuris, Ligni Aloës ana ℈j. leviter contusa misceantur, & cum bombace, fiat pileolus ex syndone.* Suffumigium tale fiat. ℞. *Benzoi, Styracis cal. Nigellæ, Masticis an. ʒß. succini ʒij. m. f. pulvis grossus,* carbonibus inspergendus. Naribus etiam frequẽter *Balsamus Majoranæ, Rorismarini vel oleum nucis Moschatæ* inungatur, quantitate pisi majoris.

Articulorum ratione Pauli nostri consilium approbamus, si sc. homo, qui dispositum se videt ad hunc miserabilem affectum, articulos quotidiè bis ante prandium & cœnam sale benè trito cum oleo inungat, cum *oleo* inquam, quod eo cõvenientius redditur, si primũ aliquoties *cum floribus liliorum convall.* infundatur. Imò & *vinum adstringens* lotionis vice debilioribus articulis frequẽter adhibitum eosdem plurimum corroborat. Nec negligendum est *balneum*, quod post præmissas evacuationes totius pro corroboratione articulorum hoc modo fieri potest. ℞. *fol.*

℞. *fol. Myrthi*
Plantaginis
Verbasci
Origani
Calamenthi
Salviæ ana Mj.
fl. Rorismarini
Balaustior ana Mj.
Bacc. Iuniperi ℥ ij.
Aluminis ℔j ß.

Bulliant omnia in s. q. aq. pro balneo pedum & articulorum.



CAP. V.

De præservatione pectoris & pulmonum, ubi potissimum de catarrhis phthisin ac difficilem respirationem producentibus.

UT *cerebrum* cooperantibus organis sensuum animales functiones perficit; ita *cor vitalis functionis organum*, tum demum toti benè prospicit, quando *pectus & pulmones* tanquam partes eidem inservientes optimè valent. Etsi verò prædictæ partes variis causis p. n. affici possint, frequenter tamen in statu s. n. potissimùm apud literatos *fluxionibus*

bus catarrhosis læduntur, qua de causa non rarò *pulmonis exulceratio, phthisis, tussis & respirationis difficultas* subsequuntur.

Hinc igitur in præsentia nõ incommodè *de catarrhis ad pectus & pulmones* frequenter descendentibus agendum. Horum origo dependet à *frustrata alteratione cerebri*, quam ob causam primo respiciendum est ad *partem mittentem*, scilicet ad cerebrum, deinde *ad partẽ recipientem* nimirum ad pectus & pulmones. Sit ergo diæta conveniens, quæ generationi fluxionum cerebri resistat. *Aër ambiens* temperatus sit, *nec ni-* *De catarrhis præservãdis.*

mium calidus qui humiditates cerebri dissolvendo, *nec nimiũ frigidus*, qui consuetam digestionem impediendo, catarrhos auget; inprimis *austrinus & borealis* vitentur. *Alimenta* sint facilis concoctionis, plus nutrimenti quam excrementi possideant, & parcâ manu cõcedantur, cum nihil convenientius catarrhosis, quam *jeiunium*, nihil magis noxium *quã ciborum exuperãtia*, quâ de causâ *Socrates* apud *Platonem* tempore *Homeri*, quod simplici victu uterẽtur, catarrhum ignotum fuisse testatur. Fugienda igitur sunt, quæ *cerebrum replẽt* evaporatione sursum cruditates.

ditates movendo, *Raphanus videl. Cape, Sinapi, Allia; quæ difficulter coquuntur & pituitam cumulant*, carnes videlicet vetustæ, pisces palustres, legumina difficilioris coctionis, *quæ ventriculum & præsertim orificiũ ejus sinistrum laxant*, ut sunt omnia frixa vel pinguia. *Cæna* respectu *prandii* parca sit, & longè somnum præcedat, quà ratione nevæ destillationis materia non tantum cerebro subtrahitur, sed simul etiam id, quod in cerebro cruditatis superest melius nocturno tempore caloris per somnũ collectione facta digeritur. *Post cibũ ad reprimẽdas* evaporationes & ꝓ ventriculo

An cœna debeat esse parcior prãdio? v. Merc, lib. 1. pr. c. 27

triculo claudendo *bolus Diacydonii simplicis vel conservæ rosarũ antiq.* convenit. Qui pulvere stomachali delectantur talem sibi conficiant:

℞. *Coriandr. præp.* ℥ i.
Masticis
Cinam. el.
Santal. alb. ana ʒ ij.
Sacch. ad pondus omnium f.
Pulvis sumatur quant. ʒ ß.
Post cibum cum pane tosto vino generoso parum asperso.

Potus sit talis, qualem præcedenti capite præscripsimus, qui convenientior redditur, ubi per *radices helenii* pectori maximè dicatas & concoctionem adjuvantes medicatus

reddi-

redditur. *Somnus* tribus horis à cibo fiat, sitque moderatus, qui propter nativi caloris collectionem cruditates destillationum alterare potest. Hoc eò melius natura præstabit, cū eandem adjuvabimus, *exhalationes à visceribus concoctionis impediendo & crebrum appropriatis exiccantibus corroborando:* nimirum ubi mox ante somnum particulam de subsequētibus morsulis assumemus;

℞. *Nucis mosch.*
Olibani elect. ana ℥i.
Masticis
Pulv. liquiritiæ ana ℈ ij.
Corn. c. usti præp. ʒi.
Coriand. præp. ʒiß.

Conserv. rosar. antiq. ℥vj.
Sacch. ℥viij. *in aqua rosar. dissolut. fiat confectio in morsulis.*

Qui pillulis uti possunt, ij frequenter ante somnum ʒß. *pillulorum de succino* deglutiant, quorum compositio talis est;

℞. *Succini albi*
Masticis elect. ana ʒij.
Aloës rosatæ ʒv.
Agarici troch. ʒjß.
Arist. rotund. ʒß.
Ol. fænicul gutt. v.
Nucis mosch per express. ℈ß.
cum syr. de beton. f. pill. ex ℥j. *num. xxx.*

Corporis exercitia non negligantur, inprimis ante cibum; otio-

otiosos enim fluxionibus & catarrhis obnoxios esse præter experientiam inde constat, quod vituperium esset apud *Persas iuxta Xenophontem*, cum aliquis expueret, propterea quod inde colligerent, eum in otio vivere, cibisque repleri. *Balneum calidius resolvēs*, quod caput citò repleat, inimicum est, cujus loco lixivium capitis moderatè calidum singulis mensibus semel atque iterum, inprimis lunâ decrescente, tale concedi potest.

℞. *Rad. Asari*
fol betonicæ.
Serpilli
Salviæ

Roris.

Rorismarini
fl. Lavendulæ ana Mj.
Caryophyll.
Nucis mosch.
Rad. ireos.
Thuris ana ℥ij.
fol. sen. ℥ß.
Agarici ℈ij.
ZZ.
Anisi ana ℥j.
fol. lauri p j.

Cum lixivio ex *cinere vitium* comparato, fiat lavacrum capitis. *Animæ commotiones, & inprimis mētis operationes* sint moderatæ, qua de causa studia hîc maximè ordinata requiruntur, inprimis nocent lucubrationes post cibum & maximè dum

dum proni tabulis admodum innitimur. Hoc modo frustratam alterationem cerebri, catarrhorum originem, præcavemus, præmissis tamen iis, quæ ad superfluorum evacuationem pertinent: Superest ut videamus etiã quomodo pars recipiens, pectus sc. & pulmones, corroborari possint.

Dum igitur justo modo causæ antecedenti prospectũ fuerit, necessarium erit, ut ea non negligamus, quæ partem affectam respiciunt. Si igitur *tussis ob asperitatem* arteriæ vocalis & meatuum pulmonum adest, adhibeantur illa, quæ leniendi facultatem obtinent, ut

De corroboratione pectoris & pulmonis.

ut sunt *hordei cremor*, *succus amygdalarum dulcium*, *syrupus violaceus*, *succus glycerrhyzæ*, *syrupus jujubinus*, *rotulæ confectionis diaireos simplicis & similia*, quæ temperata sunt & acrimoniam destillationum alterant.

Verùm ubi præter asperitatem adest etiam collectæ materiæ crassities & visciditas, cujus respectu non tantũ *tussiendi conatus*, sed simul quoq; *respirationis difficultas* oritur ad ea confugiendũ, quæ *vim detergẽdi & incidendi* simul possident, *ut uva passa, ficus, rad. Ireos, helenii marrubium album*, *hyssopus*, *thymus*, *scylla* & huius generis plura, ex quibus convenientia

domestica remedia cõficiuntur, ut sunt *passulæ minores cum incenso* spiritu *vini præparatæ* & *sacch. aspersæ*, quod etiam cum *ficubus* fieri potest, *syrupus hyssopi*, *mel scylliticum* & inprimis *oxymel pectorale*, quod crato plurimum in dyspnæa commendat.

℞. *Rad. Ireos incisæ.* ℥ j.
Agarici albißimi ʒ x.
Her. Hyssopi
Origan.
Marrubii albi
Puleg.
Veronicæ
Scabiosæ
Card. bened. ana M j.
Zz. ʒ ij.

Deco-

Decoque in s.q. aceti affusâ tertiâ parte aquæ *& adde mellis purissimi q.* ß. *pro* jucundâ dulcedine: colatura coquatur ad consistentiam syrupi, cujus cochlear frequenter assumatur.

Plurimum hîc quoque præstat *Loch sanum & expertum* dimidii cochl. quantitate frequenter lambendo sumptum, cum potenter incidat & detergat. Nec omittendum est *domesticum istud remedium*, pueris etiam non inconveniens, dum in tussi ac difficultate pectoris à crassis & pituitosis obstruentibus humoribus provenien.

veniente *raphani radices* incidimus, easdemque *saccharo candiæ albo*, strato super stratum facto, aspergimus atque in patina superaddito pōdere quodam per noctem oneramus, ac succum inde collectum frequenter exhibemus. Qui *sublingualibus* delectantur, ex officinis sibi comparent *pillulas bechicas nigras*, earumque duas vel tres sub lingua teneant, donec sensim liquefiant, habent enim propter basin compositionis, quam *glycyrrhyzæ*, ejusque *succus* constituit, vim leniendi & detergendi. *Zingiber* etiam in India conditum, ut & *radices helenii conditæ* jejuno sto-

no stomacho frequenter in tali casu cum fructu sumuntur.

Quomodo exulceratio pulmonũ præservãda sit.

Tandem cum procedente tempore propter fluxionum acrimoniam *pulmonum exulceratio* timenda sit, quæ non solum cum *tussi*, *difficilique respiratione*, verùm etiam totius *corporis absumptione vel tabe* conjungitur, ideo præterea, quæ hactenus proposuimus, specifica quædam subjicienda sunt. Quod priusquam fiat notandum, *consumptionem* istam corporis, quam *phthisin* dicimus, satis periculosam esse, cum originem suam exulcerationi pulmonum debeat: ut autem effectus non tollitur, nisi

nisi causa primum auferatur: ita tabes ejusmodi difficulter curatur, propterea quod pulmonum consolidatio & purificatio multũ difficultatis includat. Cum autē diuturnus morbus sit *phthisis*, in qua sæpi⁹ ope victus & medicamentorũ per multos annos vita protrahitur, idcirco notandũ omnia eò esse dirigenda, quò post antecedentia, quæ destillationes respiciunt, *expectoratio promoveatur, purulenta materia detergatur, pulmonum exulceratio purificetur & consolidetur.* Sit ergò *victus ratio* talis qualem suprà contra destillationes præscripsimus. Inprimis hic *ptisana*, vel

vel cremor hordei, convenit: *pisces* item *saxatiles*, *eorumque brodia temperatè salsa sine aromatibus*; *cancrorum caudæ* in lacte maceratæ post levem coctionem & postea cum aqua & butyro sufficienter elixæ; *oryza* cum brodio gallinæ cocta; *brodia cerevisiæ* cum vitellis ovorum præparata, brodia contusarum carnium, *lac recens coctum* & cum vitellis ovorum præparatum, imò *lac recēs mulctum*, inprimis *caprinum & humanum* phthisicis convenientissimum est, vel per se solum, vel cum pauxillo sacchari (ne citò coaguletur in ventriculo) sine cibis aliis sumptum. Hæc enim

enim & similis victus ratio nõ tantum ratione causæ antecedentis convenit, sed atrophiæ quoque resistit, cum facilius talia alimenta concoquantur Potus sit *aqua hordei cum passulis minoribus* & *radice glycyrrhyzæ* confecta vel *aqua* cum parte quadam *ligni Sarsafras* decocta; interdum *vinum* concedatur *tenuius*, cui per noctem *passulæ minores* infundantur: *vinũ enulatum* conveniens quoque judicamus; cum *heleniũ* ad lentos & crassos thoracis humores educendos accommodatũ sit. Si verò propter *calorem hecticum* sitis urget, interdum *emulsiones amygdalarum dulcium*

cum semine papaveris & hordei decocto factæ propinentur. Quoad medicamentorum domesticorum usum diligenter illa continuanda sunt, quæ supra proposuimus tussim & expectorationē adjuvantia. Commēdatur hic inter cætera *Loch. sanum & expertum, quantitate* ℥ß. cum *aliquot cochl jusculi gallinæ*, in quo primum hordeum excorticatum aliquandiu coctum fuit, permistum, & sorbendo quotidiè jejuno stomacho sumptum. Huic succedunt, quæ *pulmonum exulcerationem non tantùm purificant, sed simul quoque consolidant & ab ulteriori corruptione præservant,*

vant, ut sunt syrupus jujubinus, vel glycerrhyzæ, vel violarum, cum *guttis aliquot Balsami sulphuris Terebinthinati* mystus & frequenter cochlearis quantitate lambendo usurpatus: *Saccharum rosaceum*, seu conserva rosarum, de cujus usu vide *Probl. med. decad. 4. qu. 9.* ubi notandum ex ipso sacchararo rosaceo domesticum remedium phthisicis accommodatum fieri posse, si pullum exenteratũ sumamus, cumq; saccharo rosaceo impleamus, lento igne cooperta olla coquamus, & decoctum expullo cũ saccharo rosaceo contuso quotidiè plenioris haustus

fumitur, pro abstersione & cõsolidatione pectoris & pulmonis in tabe. Si verò *catarrhus calidus ac tenuis* cõcurrat, quẽadmodum frequenter accidere videmus, ea in prõptu sint, quæ tenuitatem sistunt atque acrimoniam corrigũt, ut sunt *Loch. de papavere, syrupus papaveris erratici*, de quibus quantitas cochlearis dimidi frequenter bibatur: inprimis cõveniunt ejusmodi rotulæ sublinguales:

℞. *Sem. papav. albi* ℨj
Gum. tragacanth.
Arabici
Amyli ana ℨ j ß.
Sem. melonum excort.

O 3 *por-*

portacula ana ℥ij.

Corall. rub præp.

succi glycerrhyzæ ana ℥ iß

Sacch. penidior.

rosat. tabulat. ana ℥j.

f. trochiscicum syr. de papavere simpl.

Tandem *ubi mediocriter à febri & exurente calore liberatus esse videtur is, qui tabe consumitur*, pro restauratione virium ejusmodi morsuli conficiantur:

℞. *Amygd. dulci. excort. ℥ij*

pinear. pistacior. mū. an. ℥ß.

spec. diatrag. frig.

Diapenid. ana ℥i.

Succi liquiritiæ ℥ß.

Sacch. in aq. tussilag.

disso-

dissolut. ℔j. *f. confectio in morsulis.*

De quibus ℥ß. sumatur hora una ante cibum superbibẽdo brodium carnis. Insigne est etiam *experimentum Cardani,* quod proponitur in *consil. de difficili despiratione*, cujus successum in his quoq; regionib. confirmatum fuisse scimus, quum scilicet in absumptione corporis *destillatum sanguinis porcini usurpatur*, quod hoc modo fieri potest.

℞. *sang. porci unius anni recenter mactati*
℔ *iiij.*
fol. tußilag.
Scabiosæ ana Mij.

con. rosar.
Borrag. ana ℥ iß.
Aq. tussilag. ℥ xv.
M. destilletur per balneum:

Destillatum hoc dulceretur *conf. manus Christi. q.* ß. pro suavi dulcedine, cujus usus quotidianus sit ℥ ij. jejuno stomacho.

Cap. VI.

De cruditate præcavenda & stomacho corroboranda.

Tertium locum inter partes principes jecori tribuimus, *cui stomachus ac partes* vicinæ serviunt, materiam beneficio primæ coctionis ita præparando, ut ad sanguinis confectionem eò aptior sit, cũ igitur

igitur vitium primæ concoctionis, juxta communem assertionem, in secunda non corrigatur; cumque *Celso teste*, literati & qui studiis operam navant, præ reliquis vitæ generibus, imbecillos ventriculos habeant, & vix levissimos cibos conficiant; idcirco meritò de cruditate primæ concoctionis præcavenda & stomacho corroborando consequenter tractandum est.

Quocirca *ad cruditatem præcavendam* potissimum respiciendum est ad *diætæ regimẽ*, quade causa talia alimenta sunt eligenda, quę facilimè digeruntur & parum excrementitiorũ *Quomodo cruditas præcavẽda.*

humorum generant, quocircà fugiendi sunt cibi duri, viscidi, crudi, frigidi multisq; partibus excrementitiis abũdantes. E-
Alimẽta lectis alimentis juxta qualitatem, diligentissimè quantitas etiam observanda est, quam obcausam huc pertinet communis regula *cibis non repleri, nec fame torqueri*, cuiuslibet vẽtriculi constitutioni convenire. Dum enim cibus copia sua facultatem consequentem superat, nihil obstat, quin convenientissimum alimentum naturę satis inimicũ reddi possit, cum quælibet agendi facultas conveniens & proportionatũ suum objectum requirat. Nec
ordo

ordo ciborum negligendus est, propterea quod coctionē adjuvet, dum solidiorib. laxātia vel humidiora præmittimus. Tēpus quoque cibis assumendis conveniēs observetur, illud sc. quo cibum priorem digestum atque concoctum esse scimus, cum aliàs necessariò concoctionis læsio suboriatur. Inprimis *ciborum varietas* ableganda videtur, cum *Philosopho teste*, ventriculum turbet & chylum inæqualem progeneret: *illa* scilicet *varietas ciborum*, ubi cum carnibus animalium pisces, cum piscibus fructus, cū fructibus crudis cocta alimenta diversorū generū, aliaq; hetero- *V. quæst. annexā in tract. de scorbuto.* *Vid. quæstionem apud Sennert. lib. 4. Instit. part. 2. c. 4.*

genea miſcemus, & nihil non excogitamus, quo variis eſculentis gulæ blandiamur. Quò enim homogenea magis ſunt alimenta, eò citius à calore nativo coquuntur, alterantur & in chyli ſubſtantiam ſimilimã convertuntur: *contra*, dum ea, quæ difficilis coctionis ſunt cum aliis, quæ facilimè digeruntur, uno eodemque tempore miſcentur, fieri non poteſt, quin cruditas hinc oriatur.

Potulenta. Porrò non tantum Eſculẽtis ſed etiam Potulentis non rarò ventriculus læditur, ubi *Cardanus & Marſilius* literatis potum cõcedunt parciſſimũ, fortè:

fortè quod hoc vitæ genus aliâs fluxionibus obnoxium sit, ac propter sedentariam vivendi ratione de humidiori substantia corporis minus aliis resolvat. Sit quantitas cujusque naturæ conveniens, & sicuti cibus famem, ita potus sitim expectet. Aviditatem utriusque superesse debere post mēsam statuit *Marsilius*, fastidium & saturitatem, repletionē videlicet, brutis potiùs quā homini convenientem, procul ablegando. Nihil de noxis ebrietatis hîc addimus, cum satis ista pateant ex iis, quæ c. 1. de cerebro corroborando proposuimus. Verùm præter

hanc esculentorum & potulẽtorum observationẽ reliquæ res non naturales dictæ nõ parum huc quoq; faciunt: nimirum ut *somnus & vigiliæ* moderatæ sint, cũ *istius* excessus cruditates augeat, ac corpus ejusque facultates omnes stupefaciat, adeoq; crudis humoribus colligendis ansam præbeat; *harum* immoderatio calorẽ nativum resolvit, ac tandem ex accidẽti ventriculum frigefacit; ut patet li.1.c 9 Cæterum cum nulla coctio fiat feliciter, nisi quod heterogeneum est, optimè secernatur, ideò consuetæ alvi dejectiones diligenter promoveantur & si opus est arte juventur, juxta doctrinam

Somnus & vigiliæ.

Separatio homogeneorũ.

lib.1.c.7. propositā. A cibo corporis balnea & exercitia, sicut etiam animi labores, studia videlicet seria, fugienda sunt: ut n. *illa* cruditatis, imperfectæ concoctionis, scabiei, plurimorumque morborum inde provenientium causæ sunt, ita *lucubrationes post cibū* & inprimis nocturnæ cerebro & ingenio plurimum obsunt, ut supra diximus.

Exercitia corporis à cibo

Exercitia animi.

His ita observatis, quæ ad cruditatē præcavendam faciunt, minimè negligenda sunt illa, quæ stomachum quoque corroborant, cum frequenter apud literatos cōcoctionis cruditas ab imbecilitate stomachi

Corroborantia stomachum.

suam.

suam originem habeat. Talis imbecillitas maximâ ex parte suam originem habet *à debilitate calore & illuvie crudorum humorum*. Hinc alimenta convenientia rectè per aromata, herbas & semina condiuntur, quæ seliguntur ex iis, que *stomachica* dici solent. Conveniunt igitur *alimenta cinnamomo, Nuce Moschata, mace, galanga & similibus* moderatè condita; quò etiā pertinet *Crocus, Zingiber, Caryophyllum, Piper, Anisum fœniculum, &c.*

Contrà viscidos frigidos humores ventriculi tunicis infarctos

Quod si *viscidi, frigidiq́ humores* tunicas ventriculi infarciāt, duabus horis ante cibum *syrupus de mentha, de betonica,* vel

vel de absynthio, quantitate triũ cochlearium sumitur: *vinum absynthii, Salviæ: Betonicæ similisq; facultatis* frequenter bibitur, & levis purgatio *per Aloen purificatam* in mense instituitur, assumendo tribus horis ante cibum *pillularum Aleophanginarum* ʒj ß. vel alia lenientia medicamenta inferius c. 10. enumeranda.

Si verò *reliquiis bilis* ventriculus æstuet atque cibos aversetur, adhibeantur illa, quę bilem obtundunt, cibi fastidia discutiunt, dissolutumq; ventriculi robur adstringunt, ut sunt *malum citrium, malum punicum acidum, Cydonium, Ribes, Oxya,* ***Contra bilis reliquias.***

Oxyacantha, conserva rosarum cum spiritib. vitrioli temperata, olivæ immaturæ condita, & hujus generis plura, quam ob causam huc pertinet *syrupus myrtinus, acetositatis citri, & miva cydoniorum*, quorum quodlibet, duobus vel tribus cochlearibus, ante cibum sumitur: myrobalani conditi, *nuces juglandes condita, fructus berberorum, de Ribes*, & alia hujus generis dum saccharo temperatè cōdiuntur. Inter herbas *Acetosa* maximè commendatur in hoc respectu, præsertim ubi cū pullis gallinarum coquitur æstivo tempore & iis exhibetur, quibus stomachus æstuat.

Post

Post cibum optimè conve- veniũt illa, quæ vapores ad caput exhalantes impediunt & ventriculum roborãt, ut sunt *Coriandri semen*, *Nux moschata*, *Mastix*, *Diacydonium cum Speciebus*, *Cydonia condita*, *Conserva rosarum antiqua* cum *Corallio rubro* permixta, &c. ex quibus & similib. varia medicamentorum genera componi possunt. v.g. qui morsulis delectantur, post cibum de sequentibus portionem quantitatē ℥ij. assumant. *Contra evaporationes ad caput.*

℞ *Coriand. præp.* ℥ß.
Didacon. simpl. ℥vj. *ucydm*
Mastyches. elect.
Nucis mosch. ana ℥ß.

omnia

omnia incidantur *grosso modo & cum sacharo in aq. rosar. soluto* ℥viij.

f. confectio in morsulis:

Pulvis stomachalis cum tosto pane & vino generoso quantitate cochlearis dimidii talis usurpari potest:

℞. *Coriand. præp.* ℥ß.
Corall. rub. præp.
Cinam.
Galangiæ ana ℥ iß.
Cor. c. usti præp. ℥iij.
Masticis elect. ℥ß.
Sem. fæniculi
Anisi ana ℨj.
Sacch. ad pōdus omnium f. pulvis grossus.

Cap.

CAP. VII.

De obstructione lienis & coagulatione calculi præservanda.

SIcut *stomachus* cum suis partibus adjuvantibus *iecori* servit materiam præparando, sic aliæ partes eidem ministrãt, id quod heterogeneum est avertendo. Hinc patet ad sanguificationis operationẽ absolutam, officium *Vesiculæ felleæ* cum suis meatibus cholodochis, quòd bilosum excremẽtum attrahat ac secernat, *Lienis*, quòd melãcholicam chyli cruditatem à sanguificatione jecoris avertat, & *Renum ac Vesicæ*,

Necessitas vesiculæ felleæ.

humorum generant, quocircà fugiendi sunt cibi duri, viscidi, crudi, frigidi multisq; partibus excrementitiis abũdantes. E-lectis alimentis juxta qualitatem, diligentissimè quantitas etiam observanda est, quam ob causam huc pertinet communis regula *cibis non repleri, nec fame torqueri*, cuiuslibet vẽtriculi constitutioni conveni-re. Dum enim cibus copia sua facultatem consequentem superat, nihilobstat, quin convenientissimum alimentum naturę satis inimicũ reddi possit, cum quælibet agendi facultas conveniens & proportionatũ suum objectum requirat. Nec

Alimẽta

ordo

ordo ciborum negligendus est, propterea quod coctionē adjuvet, dum solidiorib. laxātia vel humidiora præmittimus. Tēpus quoque cibis assumendis conveniēs observetur, illud sc. quo cibum priorem digestum atque concoctum esse scimus, cum aliâs necessariò concoctionis læsio suboriatur. Inprimis *ciborum varietas* ablegan-da videtur, cum *Philosopho teste*, ventriculum turbet & chylum inæqualem progeneret: *illa* scilicet *varietas ciborum*, ubi cum carnibus animalium pisces, cum piscibus fructus, cū fructibus crudis cocta alimenta diversorū generū, aliaq; hetero-

V. quæst. annexā in tract. de scorbuto.

Vid. quæstionem apud Sennert. lib. 4. Instit. part. 2. c. 4.

genea miſcemus, & nihil non excogitamus, quo variis eſculentis gulæ blandiamur. Quò enim homogenea magis ſunt alimenta, eò citius à calore nativo coquuntur, alterantur & in chyli ſubſtantiam ſimilimã convertuntur: *contra*, dum ea, quæ difficilis coctionis ſunt cum aliis, quæ facilimè digeruntur, uno eodemque tempore miſcentur, fieri non poteſt, quin cruditas hinc oriatur.

Potulenta. Porrò non tantum Eſculẽtis ſed etiam Potulentis non rarò ventriculus læditur, ubi *Cardanus & Marſilius* literatis potum cõcedunt parciſſimũ,

fortè

fortè quod hoc vitæ genus aliâs fluxionibus obnoxium sit, ac propter sedentariam vivendi rationē de humidiori substantia corporis minus aliis resolvat. Sit quantitas cujusque naturæ conveniens, & sicuti cibus famem, ita potus sitim expectet. Aviditatem utriusque superesse debere post mēsam statuit *Marsilius*, fastidium & saturitatem, repletionē videlicet, brutis potiùs quā homini convenientem, procul ablegando. Nihil de noxis ebrietatis hîc addimus, cum satis ista pateant ex iis, quæ c. 1. de cerebro corroborando proposuimus. Verùm præter

hanc esculentorum & potulẽtorum observationẽ reliquæ res non naturales dictæ nõ parum huc quoq; faciunt: nimirum ut *somnus & vigiliæ* moderatæ sint, cũ *istius* excessus cruditates augeat, ac corpus ejusque facultates omnes stupefaciat, adeoq; crudis humoribus colligendis ansam præbeat; *harum* immoderatio calorẽ nativum resolvit, ac tandem ex accidẽti ventriculum frigefacit; ut patet li. 1. c. 9 Cæterum cum nulla coctio fiat feliciter, nisi quod heterogeneum est, optimè secernatur, ideò consuetæ alvi dejectiones diligenter promoveantur & si opus est arte juventur, juxta doctrinam

Somnus & vigiliæ.

Separatio homogeneorũ.

lib. 1. c. 7. propositā. A cibo corporis balnea & exercitia, sicut etiam animi labores, studia videlicet seria, fugienda sunt: ut n. *illa* cruditatis, imperfectæ concoctionis, scabiei, plurimorumque morborum inde provenientium causæ sunt, ita *lucubrationes post cibū* & inprimis nocturnæ cerebro & ingenio plurimum obsunt, ut supra diximus.

Exercitia corporis à cibo

Exercitia animi.

His ita observatis, quæ ad cruditatē præcavendam faciunt, minimè negligenda sunt illa, quæ stomachum quoque corroborant, cum frequenter apud literatos cōcoctionis cruditas ab imbecilitate stomachi suam

Corroborantia stomachum.

suam originem habeat. Talis imbecillitas maximâ ex parte suam originem habet *à debilitate calore & illuvie crudorum humorum*. Hinc alimenta convenientia rectè per aromata, herbas & semina condiuntur, quæ seliguntur ex iis, que *stomachica* dici solent. Conveniunt igitur *alimenta cinnamomo, Nuce Moschata, mace, galanga & similibus* moderatè condita; quò etiā pertinet *Crocus, Zingiber, Caryophyllum, Piper, Anisum fæniculum, &c.*

Contrà viscidos frigidos humores ventriculi tunicis infarctos

Quod si *viscidi, frigidiq; humores* tunicas ventriculi infarciāt, duabus horis ante cibum *syrupus de mentha, de betonica,* *vel*

vel de absynthio, quantitate triũ cochlearium sumitur: *vinnm absynthii, Salviæ: Betonicæ similisq; facultatis* frequenter bibitur, & levis purgatio *per Aloen purificatam* in mense instituitur, assumendo tribus horis ante cibum *pillularum e Aleophanginarum* ℨjß. vel alia lenientia medicamenta inferius c. 10. enumeranda.

Si verò *reliquis bilis* ventriculus æstuet atque cibos aversetur, adhibeantur illa, quę bilem obtundunt, cibi fastidia discutiunt, dissolutumq; ventriculi robur adstringunt, ut sunt *malum citrium, malum punicum acidum, Cydonium, Ribes,* *Contra bilis reliquias.*

Oxya,

Oxyacantha, conserva rosarum cum spiritib. vitrioli temperata, olivæ immaturæ condita, & hujus generis plura, quam ob causam huc pertinet *syrupus myrtinus, acetositatis citri, & miva cydoniorum*, quorum quodlibet, duobus vel tribus cochlearibus, ante cibum sumitur: myrobalani conditi, *nuces juglandes conditæ, fructus berberorum, de Ribes*, & alia hujus generis dum saccharo temperatè cōdiuntur. Inter herbas *Acetosæ* maximè commendatur in hoc respectu, præsertim ubi cū pullis gallinarum coquitur æstivo tempore & iis exhibetur, quibus stomachus æstuat.

Post

Post cibum optimè conve- veniūt illa, quæ vapores ad ca- put exhalantes impediunt & ventriculum roborāt, ut sunt *Coriandri semen, Nux moschata, Mastix, Diacydonium cum Speciebus, Cydonia condita, Conserva rosarum antiqua* cum *Corallio rubro* permixta, &c. ex quibus & similib. varia medicamentorum genera componi possunt. v.g. qui morsulis delectantur, post cibum de sequentibus portionem quantitate ℥ij. assumant.

Contra evaporationes ad caput.

℞ *Coriand. præp.* ℥ß.
Diducon. simpl. ℥vj. *[illegible]*
Mastyches. elect.
Nucis mosch. ana ℥ß.

omnia

omnia incidantur *grosso modo & cum sacharo in aq. rosar. soluto ℥viij.*

f. confectio in morsulis:

Pulvis stomachalis cum tosto pane & vino generoso quantitate cochlearis dimidii talis usurpari potest:

℞. *Coriand. præp. ℥ß.*
Corall. rub. præp.
Cinam.
Galangiæ ana ʒiß.
Cor. c. usti præp. ʒiij.
Masticis elect. ʒß.
Sem. fæniculi
Anisi ana ʒj.
Sacch. ad pōdus omnium f. pulvis grossus.

CAP.

CAP. VII.

De obstructione lienis & coagulatione calculi praeservanda.

SIcut *stomachus* cum suis partibus adjuvantibus *iecori* servit materiam præparando, sic aliæ partes eidem ministrāt, id quod heterogeneum est avertendo. Hinc patet ad sanguificationis operationē absolutam, officium *Vesiculæ felleæ* cum suis meatibus cholodochis, quòd bilosum excremētum attrahat ac secernat, *Lienis*, quòd melācholicam chyli cruditatem à sanguificatione jecoris avertat, & *Renum ac Vesica*, *Necessitas vesiculæ felleæ.*

sica,

sicæ, quod horum beneficio serosa superfluitas excernatur, summoperè necessarium esse. De his igitur consequenter agendum, omissis iis, quæ ad vesiculam felleam pertinent, cũ eadem ferè, quæ de jecoris obstructione proposuimus, eidem adhiberi queãt, initio facto de *lienis obstructione* præcavenda. Quemadmodum verò *Plautinus Palinurus* servus hero suo de lienis obstructione & inflatione cõquerenti respõdet, *ambula id lieni optimum est*, ita manifestum est, literatorũ vitę genus huic affectioni frequenter obnoxium esse, propterea quod præter studiorum conti-

Plautus in curculione Act.2.

nua-

nuationem convenientibus exercitiis literati ut plurimum destituantur. Hanc *lienis obstructionem*, *inflationem*, & procedente tempore, præsertim in iis, quibus parentum ratione debilitas quædam specifica hereditaria conjungitur, *Scorbuticam infectionem* præcavemus, juxta subsequentes regulas. *Praeservatio obstructionis & inflationis Lienis.*

Aer videlicet eligatur, qui calidus, siccus, & substantiæ ratione purus sit: eo ipso enim spiritus in corpore corroboratur ac omnes concoctiones ac digestiones nobiliores redduntur. *Aer quales.*

Esculenta facultatem extenuandi, incidendi, & detergendi possideāt, facilè coquantur & levi- *Esculenta.*

leviter adstringant, quo ipso viscerum robur conservatur. Sit ergò *panis* optimè fermentatus, aniso, fœniculo, & cumino conditus, non penitus recens, nec etiam inveteratus. *Carnes* eligantur, quæ citius digeruntur, quarum præparatio per elixationem cum *limonibus* appetitus excitandi & viscerum corroborandi causa, interdum cum *rad. raphani sylvestris*, & similibus attenuãdi, incidendi, detergendique gratiâ fieri potest, quo fine cum assatis carnibus commodè intinctus ex *cochlearia*, *nasturtio*, *sinapi*, *capparibus aceto madefactis*, & similes apponuntur.

Potus

Potus quoquè sit attenuās, incidens & abstergens, ideoq; vinorum, aquarum, cerevisiarum electio vel saltem correctio hîc instituenda est. *Correctio* dico, quæ fieri potest p additionē radicum, herbarum & aromatum convenientium, quibus potulentis nō tantum sapor jucundus, sed etiā qualitas conveniens conciliatur, ubi præ reliquis *Scolopendrium* commendatur. Quo ad cætera *somnus ac vigiliæ* moderatæ cōtinuantur, ne vel excessu vel defectu concoctiones inde læ dantur, inprimisque *consueta evacuationes* promoveantur, quemadmodum hæc omnia *Potulēta* *Somnus & vigilia.* *Evacuationes cōsueta.*

P plu-

pluribus proponuntur à nobis in *Exerc. de Scorbuto*, cujus origo à lienis obstructione & infectione dependet.

Medicamenta domestica in lienis obstructione pracavenda.

Quo ad œconomica medicamenta, post evacuationes lenes suo tempore susceptas, cõvenientia sunt, quæ resolvendo & modicè calefaciẽdo singulari proprietate lienis functionem adjuvant, ut sunt *conserva fumariæ, quantitate ℥ij. cum sale proprio vel sale Absynthij* quantitate ʒij permista, & jejuno stomacho instar nucis juglandis frequenter usurpata haustuq; vini scolopendrii superaddito. *Oxymel* ẽt Squilliticum, cochlearis quantitate frequen-

quenter jejuno & vacuo stomacho sumptum, durities & collectiones lienis resolvit & obstructiones optimè p̄cavet.

Verùm præter hæc & similia Splenetica dantur adhuc alia moderatè frigida & humida, q̄ melancholiæ superabundātis exhalationes demulcere dicūtur, ut sunt *Viola, Buglossum, Borrago, Poma redolentia & simi*lia. Quocirca melancholicis & spleneticis cōserva *Borraginis, Buglossa, Violarum, Syrupus de pomorum* redolentium *succo* præscribitur, tunc temporis scilicet, ubi latitantem in spleneticis viis melancholicā materiā humectare & demulcere

conamur, ne suis exhalationibus cerebrum perturbet.

De calculi præservatione.

Porrò serosum excrementũ *Renes* separãt, in quorum operatione calculi coagulatio præcaveri debet. Hoc ipsum perficitur, dum *causas generationis calculi præcavemus, & renibus ac viis urinariis medicamentis cõvenientibus* succurrimus. Illud fit servata victus ratione potissimùm dum cruditatem cavemus & ejusmodi alimenta & potulenta communiter usurpamus, quæ facilimè coquuntur & crassis excrementitiis partibus carent: abstinendum igitur à carne bubula, porcina, sale condita, fumoque indurata,

Victus ratio pro calculosis.

rata, piſcibus viſcoſis, induratis, cereviſiis craſſis ac minus rectè defæcatis, vinis tartareis, crudis, recentibus, aliisque potulentis ſabuloſis. Hæc enim omnia non tantum difficulter coquuntur, ſed etiam in ſeſe materiam calculi, ſuccum videlicet crudum tartareum ad coagulationē convenientem continent, dū collectioni fęculenti, limoſi, ſalſique ſucçi præbent anſam, qui loca ſicciora & anguſtiora pervadens promptè coagulatur, potiſſimùm ubi nativa quædā partium imbecillitas & ſegnior expellendi virtus accedit, quo modo frequenter in reni-

Generatio calculi in humano corpore.

bus & vesica calculos concrescere videmus, cum per ista loca fæculenti, limosique dicti succi cum excremento seroso separentur.

Sint igitur alimẽta, sicut diximus, facilis concoctionis, & vim diureticam possideant, *panis* scilic. optimè fermentatus, seminibusq; Fæniculi, Cumini, Anisi, Carui, &c. præditus: *carnes* cum radicibus Petroselini, Asparagi, Apii, Sisari, Pistinacæ, seminibusque prædictis coquantur, interdum Raphani quoque sylvestris usus, ut & Cæparum atque Allii cõvenit, si pro conditurâ ciborum, inprimis in prandio, adhibeãtur.

Potus

Potus sit diureticus, vinum videlicet tenue, purum, cerevisia probè defæcata, hydromel, decoctum hordei cum passulis & radice glycyrrhyzæ, nec negligantur potulenta medica, tàm coctionem roborãtia, quàm per urinarias vias evacuantia, ubi maximè vinum helenii commendatur.

Quo ad usum medicamẽtorum ad *duo potissimum* respiciẽdum, nimirum ut interdũ adhibeamus illa, quæ collectum hoc excrementum, quod calculo præbet originem, evacuant ac resolvunt, ac deinde nõ negligamus, quæ renes & vias urinarias purificant & abstergunt.

Medicamenta cõvenientia calculosis.

gunt. *Illius* generis est *Terebinthina* vel per se sumpta, quantitate ℥ij. cum oleo amygdalarum dulcium, tribus cochlear. permista & in brodio gallinæ dissoluta, jejuno stomacho exhibita pro leni evacuatione: vel cum pulver: Rhabarb. hoc modo præparata:

℞ *Terebinth. in aq. fragar. lotæ* ℥ij.
Rhabarb. opt. ℈ij.
Succini albi præp. ℈ß.
Pul. glycyrrhyzæ parum,
cum Sacch. f. Bolus:
usurpetur jejuno stomacho.

Cremor quoquè *Tartari* cõmodè potest exhiberi in hoc casu,

casu, seu magisterium tartari vitriolati quantitate ℥j cũ brodio quodam convenienti vel vino Helenii jejuno stomacho sumptum. *Hujus ratione*, quatenus renes & vias urinarias respicimus, primò singulariter illa notanda veniunt, quę leniendo & quæ inungẽdo renum ac vesicæ scabritiem præcavent, urinam promovent, & arenulas coagmentari non sinunt, ut sunt *oleum amygdalarũ, succus Glycyrrhyzæ, decoctio radicis Altheæ, mucilago seminis Cydoniorum cum aqua malvæ facta, seminis melonum emulsio cum aqua decoctionis hordei &* similia, quò etiam pertinet, quod quidam

Magnates pro arcano cõmendant, *bolus nucis juglandis instar de butyro recenti* sine sale quotidiè jejuno stomacho sumptus. Deinde non negligenda sunt medicamenta materiam calculi detergentia & resolvẽtia, *radix* videlicet *Eryngii, Petroselini, Pimpinellæ, Restæ bovis, Graminis, Hæderæ terrestris, caro Cynosbati, aqua Veronicæ, Fragorum & similia*, ubi notandum radices per se coqui posse in brodio cicerum vel pisorum, ita ut haustus ejusmodi decoctionis per dies aliquot post evacuationes præmissas continuetur. Tandem *Fœniculi Balsamus* cujus supra mentionem feci.

fecimus, hîc etiam meritò cō-mendatur, cùm ventriculum corroboret, concoctiones adjuvet, tartaream collectionē præcaveat; & expulsionem per vias urinarias promoveat, si quotidiè quantitate pisi majoris jejuno stomacho sumatur.

Cap. VIII.

De purgatione.

HActenus de *corroboratione totius* omniumque partium egimus: consequens est, ut videamus, quomodo superflua tollenda veniāt. Ut enim in omni sanitate nihil magis naturæ cōservationē adjuvat, quam heterogeneorū separatio,

tio, sic etiam literatis maximè convenit, ut à coacervatione peccantium humorum sibi caveant. Hic igitur illa notētur quæ supra *libr.1.c.7.de superfluorum* exinanitione proposuimus, quibus observatis ulterius aliæ quoque totius evacuationes nō negligantur, ubi primum universales annuæ evacuationes, quæ *purgatione* & *venæ sectione* fiunt, observanda veniunt. De *purgatione* primū agemus, ubi notandum, aliam esse *purgationem lenitivam*, *aliā proprie dictam*; *illa* quodammodo cognoscitur ex iis, quæ supra diximus de exinanitione pro sanitate conservandâ necessa-

De purgationis differentia.

cessaria; verùm *hac* corū, quæ qualitate sua molesta sunt. juxta Galen. evacuatio dicitur, & medicamentis appropriatis perficitur. *Illam* lenitivam diximus, quæ regionem ventriculi, intestinorum ac vicinarum venarum blandè purgat, perficiturque medicamentis lenientibus dictis, quæ maxima ex parte abluendo, detergendo lubricando & per accidens adstringendo ventrem solvunt: Talis evacuatio nunquam nō exhibetur, dum alvi præmaturam obstructionem timemus, inprimis verno vel autumnali tempore literatis convenit, ꝓpterea quod ob rationes hujus *Purgatio lenitiva.*

vitæ generis, ꝑpter cruditates & concoctionum impedimenta circa primas vias in ventriculo & intestinis humores crudi facilimè colligantur. Medicamenta domestica sint *serum lactis*, pleniori haustu sumptū, jejuno stomacho: *Terbinthina* ℥j cum oleo mygdal. dulc. ℥iij. additis aliquot brodii carnis cochiearibus potionis instar assumptę, *vinum infusionis florū Persicorum* vel Acaciæ, colatū & expressum, quantitate v. ℥. assumptum. *Aloë*, quam in officinis Rosatam vocant, frequenter ʒj quantitate duabus horis ante prādium assumpta, in forma pillularum: *Brodium*

deco-

decoctionis brassicæ rubræ quantitate ℥v. cũ oleo dulci vel butyro quantitate cochleariũm ij. assumptum, *summitates fol. sambuci* verno tempore in acetarii forma, paulò ante cœnã, frequenter assumptæ: *Electuarium lenitivum* Extract. Senæ, cujus *in tract. de Scorb.* mentionem fecimus, in quod principalia lenientia officinalia *cassia* videlicet, *pruna* & *passula* ingrediuntur: *mel rosatum solutivum*, *syrup. rosat. solutivus*, *violatus solutivus*. Mãna in brodio gallinæ dissoluta, &c. Hæc & similia necessitate urgente præscribuntur quocũque tẽpore: at major cautio in purgatione pro-

Purgatio propriè dicta. propriè dicta requiritur. Fit autem talis purgatio, quũ medicamentum purgans assumptũ à calore nostro actuatum, qualitatibus suis occultis peccantes humores similitudine quadam attrahit, ab aliis separat & adjuvante facultate expultrice stimulata potissimum per alvum evacuat. Talis superfluorum separatio necessaria est tunc temporis, quando cacochymię signa sese offerunt, ubi scilicet humores in corpore nostro qualitate noxia peccãt, ut sunt excrementitii pituitosi, biliosi, melancholici, serosique humores, tàm secundum naturam in majori copia, quã præ-

prçternaturalibus alterationibus producti. Hinc manifestū est, iis qui integrâ valetudine fruuntur, difficiles purgationes atque periculosas esse iuxta Hipp. propterea quod verū indicans, peccans videlicet humor, non adsit, undè vis medicamenti naturam aggredi cogitur.

Sit ergo prima determinatio, *purgandum esse medicamentis catarcticis tunc temporis, quando dispositio cacochymica præsens est.* *Quid vero purgandum sit, & qualia medicamenta* purgantia sint exhibenda per differētias cacochymiæ colligimus: dum n. cacochymia pituitosa est, phleg-

Quid purgandum. Quibus medicamentis.

phlegmagoga, dũ biliosa, cholagoga, dum melãcholica, melangoga præscribuntur. Imò dum misti peccant humores, quod frequenter accidit, ex variis medicamentis *catholica* dicta conficiuntur. *Quantitatem* purgationis non tantũ copia peccantium humorum, sed etiam naturarum diversitas variat, ubi non tantum temperamentum, sed etiam consuetudo consideranda veniunt: videmus enim majori cautela opus esse in naturis calidis siccis, in habitu corporis gracili, raro, in ætate puerili & similib. circũstantiis, ubi virium jactura facilis est: quàm in constitutioni-

Quantũ

bus calidis humidis, in naturis carnosis, amplitudine vasorũ præditis; in ætate consistente, & iis, qui ad evacuationes ejusmodi adsuefacti sunt. *Tempus purgationis* pro cõservanda sanitate satis accommodatum est *Vernum & Autumnale*: tàm quòd his temporib. humores peccantes magis commoveantur & citius separentur, quã quòd naturæ vires ad opus hoc adjuvãdum promptiores sint, cũ propter æstatem æstu nimiũ virtus corporis nostri resolvatur, per hyemen verò ob frigus intensius humores impacti, tenaces immobiles & ad evacuationẽ inepti reddãtur.

Quo tẽpore.

De commotionibus verno & autumnali tempore vide lib. de Scorb. p. 2 §. 2.

His observatis purgatio per-

ris præparatione, quò viæ laxiores & patentiores reddantur, per exhibitionem eorum, quæ supra sunt enumerata, præmittimus, sed sæpius etiam digestivas potiones ex radicum & herbarum decoctis vel succis expressis, pro materiæ crassioris incisione, visciditatis detersione, fervoris extinctione & similes ob causas præscribere solemus.

In ipsa purgatione post præcedentia modum exhibitionis perpēdimus, nimirum an medicamentum liquidum vel solidius sit exhibendum, cū hoc ipsum plurimum operationē variare soleat: etenim liquida per

Quanā in ipsa purgatione perpēdenda.

per formam potionis exhibita citius operātur, mox omnia subeunt, potenter detergēt & infarctus expediunt: contra solidiora medicamenta diutius in ventriculo latent, unde tūc temporis magis accōmodata sunt, ubi ex locis remotiorib. evacuare conamur. Notandū tamē quosdam à potionibus, alios à pilulis, alios ab electuariis, alios à pulveribus, abhorrere, qua de causa sæpius pro subjecti naturâ, quo prōptior & facilior sit evacuatio, formulæ mutantur, additis simul iis, quæ intentioni nostræ convenire videntur. Hinc post usum solidorum brodia humectantia

tia& detergentia concedimus tunc tẽporis, ubi propter nauseam in forma potionis medicamentum purgans exhibere non possumus. *Assumpto medicamento* primum ad nauseam vitandam os vino, aqua, oxycrato vel alio liquore jucundo eluatur, quo non sufficiente cochlear j. aq. cinamo, sorbeatur, panis tostus aceto cõspersus naribus admoveantur, somnus caveatur, inprimis dum medicamentũ operationem suã incipit, & alimentorũ assũptio suspendatur, donec pharmacum officium suum maxima ex parte peregisse videatur. Inprimis aũt finitâ purgatione respi-

Quid post purgationẽ faciendũ

respiciendum eò, ut alimenta sint facilis concoctionis, deficientis potius, quàm excedentis quantitatis, quę vim aliquã humectandi, detergendiq́ue possideant, quò medicamenti reliquias natura citius eluere possit. Hactenus de purgatione generatim, jam sequitur, ut ipsa *medicamenta purgantia* determinemus, ubi nostri instituti ratio non permittit, ut doctrinam integram de medicamentorum compositione repetamus: sufficit ut selecta quædam purgantia proponamus, eaque ad diversas naturas accommodemus. Sit, verbi gratia, corporis constitutio talis

talis, ut exacta cacochymiæ signa sese non offerant: interim tamen præservationis ergò ꝑpter concoctionem debiliorem, cruditatem ventriculi & superabundãtes humores circa primas vias evacuatio requiratur; hîc ad lenientia medicamenta confugiendũ, quæ sæpius additis fortioribus acuuntur & pro purificando, ventriculo, intestinis venis mesaraicis & vicinis membris exhibentur. Huc pertinent sequentes formulæ juxta mediam dosin diversis humoribus & naturis accommodatæ:

℞ *Mannæ opt.* ℥iij.
Syrup. ros. solut. ℥j.

℈iiij. cum aq. betonic. fiant pilulæ num. xxi. exhibeantur cum aliquot cochlearibus brodii pisorum, pro evacuandis pituitosis humoribus è stomacho.

℞ *Rhabar.* ʒj.
fol. senæ ʒij.
sem. anisi ʒj.
spic. Ind. ℈ß.

Affunde vini ℥iiij. stent in infusione per noctem manè colentur ℥iij. adde *syr. de cich. rad. cum Rhab.* ʒj fiat haustus, qui exhibeatur biliosis naturis, qui facilem alvum habent.

℞ *fol. senæ* ℥j.

Rhabar. ℥ij.
rad. cichor.
glycyr. an. ℥ß.
sem. fœnic.
anisi an. ʒß.
Galang.
Macis an. ℈j.

Infunde in dimidia mẽsura vini: manè colentur ℥iiij. assumantur jejuno stomacho per dies quatuor pro leni biliosorum humorum evacuatione.

℞ *Cassiæ recent. extract.* ʒvi.
Electuar. de succo rosar. ʒij.
Cũ saccharo fiat bolus, qui exhibeatur jejuno stomacho biliosis naturis.

℞ *Mass. pil. Aurearum*

sine

sine quibus ana ℥ß.

Cum syr. de cichor. cum Rhab.
F. pil. xv. quæ exhibeantur una vice, cum haustu brodii pisorum pro naturis biliosis.

℞ *Electuar. extract. fol. senæ,* quod describitur in libro de scorbuto, ℥*vi.*
Electuar. caryocostini descript. Galeni ℥*ijß.*
misce F. Electuarium quod exhibeatur una vice, pro serosis & mixtis humoribus evacuandis.

℞ *Syrup rosat. solut.*
de cichor. cum Rhabar. an. ℥ij.
Electuar. Diacatholici ℥*v.*

Aq.

Aq. borrag. ℥j ß. misce & fiat syrupus purgans, cujus pars dimidia sumatur jejuno stomacho, pro laxando ventre, superbibendo brodium prunorum.

Hæc & similia medicamenta possunt exhiberi, quando vitium humanorum tantum non est, ut manifesta cacochymiæ signa sese prodant; quid autem in cacochymia biliosa, phlegmatica, vel melancholica instante faciendum sit, ex ultimis c. patebit: consequens nunc est videamus quomodo venæsectio sit Instituenda.

Cap. IX.

De venasectione.

Inter media pro superfluis tollendis necessaria frequẽs est *venasectio*, cujus utilitas in genere duplex est, *sanguinis videlicet evacuatio, & ex accidenti corporis refrigeratio. Per evacuationem* sanguis bonus copia peccans *diminui*, qualitate peccans *evacuari*, motu peccans ad opposita *revelli* & ad propinqua membra *derivari* potest. *Per corporis refrigerationem* in magnis tantùm inflammationibus, dum aliis remediis destituimur, mediante venæsectione naturæ succurere

Vtilitas venasectionis.

Indicantia venæ sectionis. solemus. Etsi verò manifestum sit ex his, quod quinque sint indicantia venæsectionis, potissimùm tamen respectu præsentis instituti, dum sanitatem defendendam consideramus, duo venæsectionem indicant, *sanguis videlicet copiâ tantum vel unà etiã qualitate peccans.* Ponamus igitur *Signa Plethora quo ad vasa.* adesse colorem corporis floridum, habitum carnosum, venas turgentes, pulsus magnos, inclinationes ad morbos calidos temperamẽtum calidum humidum & similia, q̃ *plethorã quo ad vasa*, indicant; vel etiam leviora sint signa, cum corporis gravitate, pulsu imbecilli, somno

somno turbato, *quæ plethoram ad vires* indicant: vel una cum abundante sanguine simul etiam alii humores peccent: hîc venæsectionem imperamus, modò nihil sit ex rebus secundùm naturam & non naturalibus, quod illam impediat, si scilicet ad temperamentum calidum humidum accedat ætas conveniens, inter senilem & puerilem media, quæ tamen non tàm annorum serie, quàm facultatum robore determinantur: si aër ambiens temperatus sit, qui nimia caliditate vires non dissolvat nec frigiditate sanguinis commotionem impediat: si crudorum succo-

Quo ad vires.

ti simus, cum alia sit ratio, quũ sanguinem ad partes remotas revellere, vel ad propinquas derivare, seu saltẽ minuere conamur. In pręsentia verò sufficit, ut sciamus sanitatis defendendæ gratiâ commodissimè venas majores aperiri, nisi ꝓpter vires conservandas in naturis debilioribꝰ extremæ manus venas interdum eligere cogamur. Ut autem in purgatione, sic etiam in sanguinis missione quædã *ante in & post venæsectionem* notanda veniunt. *Ante venæsectionem* naturę vires crapulâ vel vehementioribus exercitiis præcedẽtium dierum non opprimatur, eva-

Ante venæsectionem perpendẽda.

cuationes lenitivæ, si opus est, præmittantur, die venæsectionis corpus leviter per horam unam & alteram exerceatur pro sanguinis commotione, tēpus eligatur, in quo aër ambiens maximè juxta præscriptas notas accommodatus est, anni respectu vernum, mensis ratione quadratura secūda vel tertia, diei respectu, quod inter maturinum atque meridianum est: stomachus jejunus maneat, nisi propter orificii superioris debilitatem in quibusdam lipothymia sit facilis.

In ipsâ venæsectione notanda. *In venæsectione* perturbationes animæ maximè vitentur, ne timore, excandescentiâ,

tiâ, vel alio quodam affectu liber sanguinis motus impediatur; sanguis emittatur una vice, si vires cõstantes sunt, vel vicibus iteratis, oppresso interdum venarum osculo, si lipothymiã timemus, in quo casu os aqua frigida repleatur & sæpius renovetur, vel acetũ rosaceum faciei inspergatur. Qui vero subitò, quod sæpius accidit insuetis, animo deficiunt, iis nihil pręsentius est, quã ut proni mox in terram dejiciantur, ubi musculis omnibus æqualiter quiescentibus vires protinus recolligunt. *Post venæsectionem* aër intemperatus vitetur, cibus sit euchymus & parcus,

Post venæsectionẽ quid. faciendũ.

parcus, ne cruditatibus ansam præbeat, animi affectus moderati sint, & negotia seria seponantur, nec judiciũ ex sanguine misso, pro conservatione sanitatis necessarium negligatur. *Hujus ratione* respectu sanguinis per venæsectionem emissi considerantur *consistẽtia, & ea quæ sæpius his superveniunt.* *Color* per superiora sanguinis emissi *rubicundus* utilis bonique sanguinis index est: at si *citrinus*, *albicans* vel etiam *lividus* apparet bilosum, pituitosum vel melancholicũ sanguinẽ esse demonstrat, non quidẽ in statu secundùm naturã, sed quatenus excremẽtitius ejusmodi

De judicio sanguinis per venæsectionẽ emissi.

modi humor cum massâ sanguineâ abundat, quam ob causam in tali casu nõ acquiescendum, sed etiã ad appropriata purgantia progrediendum est. *Cõsistentia* sanguinis in ipsa fluxione consideratur & post fluxionem. *Sanguis lentè fluens atq; picis instar digitis* adhærens obstructionum autor est, ideoque per sudores vel aliâ ratione naturæ succurrendum indicat, antequam in graviores morbos incidat: *tenuis autem* est, qui non tantum promptè fluit, sed & tardius concrescit, in quo fibræ mox evanescunt & corrumpuntur post concretionem, unde crudus & incon-

coctus

coctus est, ac hepatis imbecillitatem indicat. Ut autẽ *crassus* sanguis difficilis, *tenuis* facilis est divisionis post concretionem; ita *putridus* simul atque attingitur in partes totus dissilit. Superveniunt sanguini *spumæ*, quæ nisi per accidens fluoris impetu nata sit, fervoris signum est, prædominantis humoris abundantiam colore suo indicat. *Serum*, cujus *modica quantitas* naturaliter sanguini convenit tanquam vehiculum ad distributionem ejus in partes diversas inserviens; *immodica* verò, jecur infirmũ, vel potum liberaliorem, aut renũ debilitatem, imperfectè serositates

sitates illas separantium, indicat: *pingue quid*, quod rarius in sanguine conspicitur, in obesis signum est sanguinis ad pinguedinis generationem promptissimi; in *macilentis* autē corporis colliquationem portendit: tandem si *gravis* ipsius sanguinis *odor* sit, maximæ putredinis corruptionisq; signum hoc meritò statueretur.

CAP. X.

De pituitosis humoribus evacuandis.

HActenus de purgatione & venæsectione generatim, consequens est ut speciatim peccan-

peccantes humores ulterius consideremus, ubi primum de *pituitosis humoribus evacuandis* agemus. Ponamus igitur præcessisse ejusmodi victus rationem, vel talem concoctionis imbecillitatem adesse, quæ sufficiens sit ad pituitosorum humorum collectionem: accedente simul, quod homo sit segnis in suis actionibus, stupidus in operatione sensuum, ad somnum propensus, moribus insulsus, pulsu parvo, tardo, molli, sine sitis exacerbatione, promptus ad morbos frigidos & diuturnos, pituitosis excrementis abundãs, cui causæ calefacientes & siccantes con-

Signa pituitosorum humorum abundantium.

conducunt, nocentibus contra refrigerantibus & humectantibus: his inquam & similib signis præsentibus pituitosos humores abundare colligimus ideoq; leni præmissâ evacuatione, si forte primæ vię suam abluetionē requirant, ad ea procedendũ, quæ pituitosos humores ad evacuationē prępąrant & vias laxant. Sit ergo peccãs materia pituitosa in vētriculo, propter viscidītatem suam adhuc ad evacuationem inepta: hîc præscribatur ejusmodi syrupus quãtitate trium vel quatuor cochleariũ duabus aut tribus horis ante cibũ, cujus

cujusvis in calefaciendo, attenuando & detergendo sufficiens sit: quales sunt syrupi de de mentha, de betonica, de calamentha, oxymel simplex, oxymel scilliticum, &c. Si non tàm in ventriculo, quàm partibus remotioribus pituitosus humor abundat, aquis destillatis, vel convenientium herbarum decoctis ejusmodi syrupi diluuntur, ut eorum operatio eò melius extendatur. Præmissa per dies aliquot ejusmodi præparatione purgatio appropriata subsequitur, ubi primo sese offerunt simplicia purgantia, ut sunt Cassia, Agaricus, Turbith, Mechoacanna

Colo-

Colocynth. Helleborus albus, &c. ex his eliguntur mitiora & inprimis istæ compositiones, quas experientia longo tempore confirmavit. Sit ergo exempli gratiâ in forma pulveris tale mendicamentum:

℞ *Pul. Mechoacan.* ℈iiij.
Elaterii, g. ij.
misce F. pulvis, exhibeatur una vice cum haustu vini.

In forma boli.

℞ *Elect. Bened. laxat.* ʒvj.
Agarici trochis. ℈ ʒ i.
Syrup. de beton. q. s.
misce cum saccharo F. bolus, qui assumatur jejuno stomacho superbiben-

bibendo brodium pisorum.

In forma potionis.

℞ *Agarici* ℥iij.

Zingib. ʒß.

Infunde per noctē in vino: manè colentur ℥ij. adde *Elect. benedict. laxat.* ʒiiß. *syr. diasereos purgantis* ℥jß. brodii gallinæ parum, fiat haustus. In forma pilularum.

℞ *Mass. pil. de hiera.*

cum Agaric. ℈ij.

Cochiarum ℈i.

Diagrid. gr. iij.

Cum aqu. beton. fiant pilulæ.

Assumantur una vice tribus vel quatuor horis

ante

ante prandium, super bibendo brodium cicerum vel pisorum.

Cap. XI.

De Biliosis & Acribus humoribus evacuandis.

Illiosi & acres humores frequenter in hoc vitę genēre superabundant, in iis præsertim, quibus cōnstitutio calidior atque siccior est, ubi vigiliæ somnum superant, ubi promptitudo ad iram, aliasq; corporis, animiq; motiones observātur, ubi pulsus velox, vehemēs sitis facilis, morbi calidi sicci frequentes, urina flava, splendida, coporis habitus gracilior & calor acer ac mordax, *Signa superabundantis biliosi humoris.*

alia-

aliaque similia deprehendun-tur. Num autem hic, ut in pituitosis humoribus evacuandis, præparatio, quædam præmittenda sit valde dubium est inter medicos. Etsi vero attenuatione quâdam respectu bilis nō opus, cum per se satis tenuis sit, interdum tamen corporis respectu ac propter conjunctos viscidos humores etiam in hoc casu præscribuntur attenuantia. Per se verò materia biliosa, tenuis & acris, ut eò melius evacuari possit, ac minus partibus, quas præterfluit, noceat, suam digestionem requirit, quam ob causam leviter humectantibus, refrigeranti-

An bilis indigeat præparatione.

antibus & effervescentiam co
ibĕribus corrigi potest. Hinc
n evacuatione biliosorum
umorum digestiva medica-
menta præmittuntur: in for-
ma syrupi, si materia peccans
st in proximioribus locis.

℞ *Syr. de succo cichor.*
de succo. acetos. an. ℥vj.
spir. vitrioli gutt. iij.
misce:
assumatur duabus horis
ante prandium & conti-
nuetur per biduum.

Si bilis peccat in partibus
remotioribus, in forma potio-
nis exhibeatur digestivum per
triduum vel biduum, hoc
modo.

Rec. Decoctionis rad. cichor. in brodio gallinæ factæ ℥iij.

Syrup. de succo acetos.
de succo cichor. an. ℥ß.
spir. vitrioli gutt. iiij.
misce fiat haustus,
usurpetur tribus horis
ante prandium.

Hoc vel simili modo præparatâ materiâ biliosa fiat evacuatio, selectis medicamẽtis tàm simplicibus, quàm compositis. Inter simplicia quædam lenitiva sunt, ut *Cassia*, *Manna*, *Tamarindi*, *Rosarum succus*, *Aloë*, *Myrobalani Citrini*, *Rhabar*· quædam vehementiora, ut *scammoneum crudum*, *Diagrid.* seu

seu scammoneum præparatū.
Sit exemplum pro evacuatio-
bilis in *forma boli.*

Rec. Cassiæ recent: extract. ℥vj
Rhabar. opt. pul. ℥i.
misce:
F. bolus detur cum sac-
charo.

Pro robustioribus addan-
tur ℥ij. *Electuarii de succo rosa-
rum.*

In *forma potionis* hoc modo
procedas, idque potissimum
tunc temporis, ubi materia
biliosa in remotioribus locis
peccat.

Rec. seri lactis caprini q. s. infunde
per noctem *Rhabar. opt.* ℥ij.
cinamo: elect. ℈ß.

R 2 manè

CAP. XII.

De Melancholicis humoribus evacuandis.

MElāncholicos humores in literatis frequēter abundare posse pluribus argumentis demonstrat, *Marsilius, Ficinus de vita sana cap. 3. & 4.* Horum copia ne nimis superabundet, evacuatione prospiciendum est. Cognoscitur autem hujus humoris abundantia non tantum ex caussis antecedentibus, quatenus victus ratio melancholica, otiū huic vitæ generi consuetum, superfluorum excretionem, & crassorum vaporum exhalationē

Signa superabundantia atra bilis.

impediens, cum intensis solitariis lucubrationibus præcessit: sed etiam ex tẽperamenti constitutione Melancholica, tam ascititia quàm nativa, quæ homines taciturnos, cogitabundos, mæstos, meticulosos absque manifesta causa reddit, accedentibus simul somniis turbulentis atque terribilibus, flatibus inferioris ventris, stomachi ructibus, lienis inflationibus, &c. His signis abunde concurrentibus Melancholicus succus interdum evacuandus esse videtur. Cum autẽ sua natura frigidus, siccus & crassus statuatur, præparatio necessaria moderatè calefacienti-

entibus, humectantibus & attenuantibus instituenda videtur. Talis præparatio fit per decoctiones *rad. polipod. glycyr. fumar. lupuli, scolopend. borrag. meliß. & similium.* additis *syrupis de fumaria, de buglossa, de lupulo &* similibus.


Exempli gratia:

℞ *rad. polypod.*
glycyr. an. ℥ß.
Her. scolopend.
fumar.
Meliß. an. Mß.
Sem. fœnic. ℥ß.
F. decoct. in f. q. aq. & vini ad tertias.
Colentur ℥*vj.* adde Syrup. de fumaria.
Oxymellis simpl. an. ℨ*j.*

M. fiat haustus pro duabus vicibus.

Hoc vel simili modo per dies aliquot præparata materia purgationes appropriatæ possunt institui, selectis purgantibus medicamentis, ubi inter leviora sese exhibent *folia Senæ, polypodium, Myrobalani Indi, Epithymum*, &c. Validiora sunt *Helleborus niger, lapis lazuli & similia*. Ex his interveniente præparatione & correctione prodiere composita, ut *confectio Hamech, pilulæ de fumaria, Indæ, lucis minores*, &c. Notandum tamen valida purgantia cũ cautione quadam in hoc casu exhibenda esse, quam ob causam pru-

prudens determinatio medici, tum in his, tum etiam in præcedentibus evacuantibus exhibendis est necessaria. Qui plura desiderat libellum de Medicamentis lenientibus, præparantibus & purgantibus Matthæi Curtii, jam noviter hîc impressum conjungat.



APPENDIX.

DE SCABIE ET PRURITU Studiosorum.

FREQUENS hoc malum est apud literatos, inprimis dum in Gymnasiis atque Academiis

demiis studiis adhuc diligenter incumbunt. Est autem *Scabies* cutis infectio ulcerosa, cui pruritus seu scalpendi assiduitas ferè conjungitur. *Causa scabiei primitiva* consistit in usu ciborum calidorum, salsorum, acrium, in tardâ vestiũ internarum mutatione, in attactu scabiosorum frequentiori [illegible] inprimis respectu hujus vitæ generis maximè huc facit, ꝙ intempestiva exercitia post cibũ suscipiãtur, tempestiva vero & convenientia, quę cibum præcedere debent, negligãtur. Adde lucubrationes intempestivas post cibum, ubi digestio labefactatur, unde cõsequenter

ter sanguis redditur inhabilis, ut perfectè non possit assimilari. *Conjuncta proximior causa* dependet ab ipsis humorib. corruptis, nitrosis & acrib. ad cutis superficiẽ vi naturæ transmissis, qui ab intemperie jecoris & imperfectâ cõcoctione primâ & secunda suam habent originem. Est autem *Scabies* ista pro ratione peccãtis humoris multiplex: *alia enim pruriginosa est,* in qua pustulæ parvæ reperiuntur, cujus materia est *salsa & acris:* alia pustulas habet majores & albicantes, intus pure repletas, non admodum prurientes, cujus materia *serosa & pituitosa est:* alia pustulas habet latas

V. Forest. lib. 5. obs. chirur. ob. 10.

in circuitu rubentes, quarum origo *sanguis crassior est*: alia *malum mortuum* dicitur, & à sanguine Melancholico suam habet originem. Fitque potissimùm cum crusta multa in tibiis, difficulter sanatur & sanata facilimè recrudescit.

In hoc malo *praecavendo & curando* necessarium est, ut primo vitentur illa, quae causas primitivas attinet, nimirum *victus ratio* conveniens instituatur: vitentur illa, quae serosos, acres & adustos humores producunt; sint potius alimenta facilis concoctionis & sanguinem laudabilem procreent: vinum sit tenue & aquosum, absque

que tartaro crudo, beneq; depuratum. In reliquis rebus nõ naturalibus diligentia adhibeatur, ne materia scabiei prõprè colligatur: Sint igitur inprimis consuetæ naturales evacuationes quotidianæ & vitentur exercitia post cibũ *tàm quo ad corpus*, in deambulationibus vehementioribus, pilæ gestationibus, armorum cõflictibus, &c. *quàm quo ad animũ*, in studiis seriis & lucubrationib. mox à cibo susceptis. *Quo ad curationem* à sanguinis diminutione fiat initium, si copia peccans est & scabiei materia adhuc in venis abundat, nisi ratione virium, ætatis, vel alias

aliaque similia deprehendun-
tur. Num autem hic, ut in pi-
tuitosis humoribus evacuan-
dis, præparatio, quædam præ-
mittenda sit valde dubium est
inter medicos. Etsi vero atte-
An bilis indigeat præparatione. nuatione quâdam respectu bi-
lis nō opus, cum per se satis te-
nuis sit, interdum tamen cor-
poris respectu ac propter con-
junctos viscidos humores et-
iam in hoc casu præscribuntur
attenuantia. Per se verò mate-
ria biliosa, tenuis & acris, ut eò
melius evacuari possit, ac mi-
nus partibus, quas præterfluit,
noceat, suam digestionem re-
quirit, quam ob causam levi-
ter humectantibus, refrige-

ranti-

:antibus & effervescentiam co
nibētibus corrigi potest. Hinc
in evacuatione biliosorum
humorum digestiva medica-
menta præmittuntur : in for-
ma syrupi, si materia peccans
est in proximioribus locis.

℞ *Syr. de succo cichor.*
de succo. acetos. an. ℥vj.
spir. vitrioli gutt. iij.
misce:
assumatur duabus horis
ante prandium & conti-
nuetur per biduum.

Si bilis peccat in partibus remotioribus, in forma potionis exhibeatur digestivum per triduum vel biduum, hoc modo.

R Rec.

Rec. Decoctionis rad. ci-
chor. in brodio gallinæ
factæ ℥iij.
Syrup. de succo acetos.
de succo cichor. an. ℥ß.
spir. victrioli gutt. iiij.
misce fiat haustus,
usurpetur tribus horis
ante prandium.

Hoc vel simili modo præpa-
ratâ materiâ biliosa fiat evacu-
atio, selectis medicamẽtis tàm
simplicibus, quàm composi-
tis. Inter simplicia quædam le-
nitiva sunt, ut *Cassia*, *Manna*,
Tamarindi, *Rosarum succus*, *A-
loë*, *Myrobalani Citrini*, *Rhabar*.
quædam vehementiora, ut
scammoneum crudum, *Diagrid.*
seu

seu scammoneum præparatū.
Sit exemplum pro evacuatio-
bilis in *forma boli.*

Rec. Cassia recent: extract. ℥vj
Rhabar. opt. pul. ℥i.
misce:
F. bolus detur cum sac-
charo.

Pro robustioribus addan-
tur ℥ij. *Electuarii de succo rosa-
rum.*

In *forma potionis* hoc modo
procedas, idque potissimum
tunc temporis, ubi materia
biliosa in remotioribus locis
peccat.

Rec. seri lactis caprini q. s. infunde
per noctem *Rhabar. opt.* ℥ij.
cinamo: elect. ℈ß.

CAP. XII.

De Melancholicis humoribus evacuandis.

MElancholicos humores in literatis frequēter abundare posse pluribus argumentis demonstrat, *Marsilius, Ficinus de vita sana cap. 3. & 4.* Horum copia ne nimis superabundet, evacuatione prospiciendum est. Cognoscitur autem hujus humoris abundantia non tantum ex caussis antecedentibus, quatenus victus ratio melancholica, otiū huic vitæ generi consuetum, superfluorum excretionem, & crassorum vaporum exhalationē

Signa superabundantis atra bilis.

R 3 impe-

entibus, humectantibus & attenuantibus instituenda videtur. Talis præparatio fit per decoctiones *rad. polipod. glycyr. fumar. lupuli, scolopend. borrag. meliss. & similium.* additis *syrupis de fumaria, de buglossa, de lupulo &* similibus.

Exempli gratia:


℞ *rad. polypod.*
glycyr. an. ℥ß.
Her. scolopend.
fumar.
*Meliss. an. M*ß.
Sem. fœnic. ℥ß.
F. decoct. in s. q. aq. & vini ad tertias.
Colentur ℥*vj.* adde Syrup. de fumaria.
Oxymellis simpl. an. ℥*j.*

M. fiat haustus pro duabus vicibus.

Hoc vel simili modo per dies aliquot præparata materia purgationes appropriatæ possunt institui, selectis purgantibus medicamentis, ubi inter leviora sese exhibent *folia Senæ, polypodium, Myrobalani Indi, Epithymum*, &c. Validiora sunt *Helleborus niger, lapis lazuli & similia*. Ex his interveniente præparatione & correctione prodiere composita; ut *confectio Hamech, pilulæ de fumaria, Indæ, lucis minores*, &c. Notandum tamen valida purgantia cū cautione quadam in hoc casu exhibenda esse, quam ob causam

pru-

prudens determinatio medici, tum in his, tum etiam in præcedentibus evacuantibus exhibendis est necessaria. Qui plura desiderat libellum de Medicamentis lenientibus, præparantibus & purgantibus Matthæi Curtii, jam noviter hic impressum conjungat.



APPENDIX.

DE SCABIE ET PRVritu Studiosorum.

FREQUENS hoc malum est apud literatos, inprimis dum in Gymnasiis atque Aca-

demiis studiis adhuc diligenter incumbunt. Est autem *Scabies* cutis infectio ulcerosa, cui pruritus seu scalpendi assiduitas ferè conjungitur. *Causa scabiei primitiva* consistit in usu ciborum calidorum, salsorum, acrium, in tardâ vestiũ internarum mutatione, in attactu scabiosorum frequentiori. In inprimis respectu hujus vitæ generis maximè huc facit, q intempestiva exercitia post cibũ suscipiãtur, tempestiva vero & convenientia, quę cibum præcedere debent, negligãtur. Adde lucubrationes intempestivas post cibum, ubi digestio labefactatur, unde cõsequenter

ter sanguis redditur inhabilis, ut perfectè non possit assimilari. *Conjuncta proximior causa* dependet ab ipsis humorib. corruptis, nitrosis & acrib. ad cutis superficiē vi naturæ transmissis, qui ab intemperie jecoris & imperfectâ cōcoctione primâ & secunda suam habent originem. Est autem *Scabies* ista pro ratione peccātis humoris multiplex: *alia enim pruriginosa est*, in qua pustulæ parvæ reperiuntur, cujus materia est *salsa & acris:* alia pustulas habet majores & albicantes, intus pure repletas, non admodum prurientes, cujus materia *serosa & pituitosa est:* alia pustulas habet latas

V. Forest. lib. 5. obs. chirur. ob. 10.

bibendo brodium pisorum.

In forma potionis.

℞ *Agarici* ℥iij.

Zingib. ℥ß.

Infunde per nocte in vino: manè colentur ℥ij. adde *Elect. benedict. laxat.* ℥ijß. *syr. diasereos purgantis* ℥jß. brodii gallinæ parum, fiat haustus. In forma pilularum.

℞ *Mass pil. de hiera.*

cum Agaric. ℈ij.

Cochiarum ℈i.

Diagrid. gr. iij.

Cum aqu. beton. fiant pilulæ.

Assumantur una vice tribus vel quatuor horis ante

ante prandium, super bibendo brodium cicerum vel pisorum.

Cap. XI.

De Biliosis & Acribus humoribus evacuandis.

Biliosi & acres humores frequenter in hoc vitæ genere superabundant, in iis præsertim, quibus constitutio calidior atque siccior est, ubi vigiliæ somnum superant, ubi promptitudo ad iram, aliasq; corporis, animiq; motiones observantur, ubi pulsus velox, vehemens sitis facilis, morbi calidi sicci frequentes, urina flava, splendida, corporis habitus gracilior & calor acer ac mordax, alia- *Signa superabundantis biliosi humoris.*

aliaque similia deprehendunstur. Num autem hic, ut in pituitosis humoribus evacuandis, præparatio, quædam præmittenda sit valde dubium est inter medicos. Etsi vero attenuatione quâdam respectu bilis nõ opus, cum per se satis tenuis sit, interdum tamen corporis respectu ac propter conjunctos viscidos humores etsiam in hoc casu præscribuntur attenuantia. Per se verò materia biliosa, tenuis & acris, ut eò melius evacuari possit; ac minsnus partibus, quas præterfluit, noceat, suam digestionem requirit, quam ob causam leviter humectantibus, refrigerranti-

An bilis indigeat præparatione.



rantibus & effervescentiam co hibētibus corrigi potest. Hinc in evacuatione biliosorum humorum digestiva medicamenta præmittuntur: in forma syrupi, si materia peccans est in proximioribus locis.

℞ *Syr. de succo cichor.*
de succo. acetos. an. ℥vj.
spir. vitrioli gutt. iij.
misce:
assumatur duabus horis ante prandium & continuetur per biduum.

Si bilis peccat in partibus remotioribus, in forma potionis exhibeatur digestivum per triduum vel biduum, hoc modo.

Rec. Decoctionis rad. cichor. in brodio gallinæ factæ ℥iij.

Syrup. de succo acetos.
de succo cichor. an. ℥ß.
spir. vitrioli gutt. iiij.
misce fiat haustus, usurpetur tribus horis ante prandium.

Hoc vel simili modo præparatâ materiâ biliosa fiat evacuatio, selectis medicamẽtis tàm simplicibus, quàm compositis. Inter simplicia quædam lenitiva sunt, ut *Cassia, Manna, Tamarindi, Rosarum succus, Aloë, Myrobalani Citrini, Rhabar.* quædam vehementiora, ut *scammoneum crudum, Diagrid.* seu

seu scammoneum praeparatū.
Sit exemplum pro evacuatio- bilis in *forma boli.*

Rec. Cassiæ recent: extract. ℥vj
Rhabar. opt. pul. ℥i.
misce:
F. bolus detur cum saccharo.

Pro robustioribus addantur ℥ij. *Electuarii de succo rosarum.*

In *forma potionis* hoc modo procedas, idque potissimum tunc temporis, ubi materia biliosa in remotioribus locis peccat.

Rec. seri lactis caprini q. s. infunde per noctem *Rhabar. opt.* ℥ij. *cinamo: elect.* ℈ß.

CAP. XII.

De Melancholicis humoribus evacuandis.

MElancholicos humores in literatis frequēter abundare poſſe pluribus argumentis demonſtrat, *Marſilius, Ficinus de vita ſana cap. 3. & 4.* Horum copia ne nimis ſuperabundet, evacuatione proſpiciendum eſt. Cognoſcitur autem hujus humoris abundantia non tantum ex cauſis antecedentibus, quatenus victus ratio melancholica, otiū huic vitæ generi conſuetum, ſuperfluorum excretionem, & craſſorum vaporum exhalationē

Signa ſuperabundantiæ atræ bilis.

R 3. impe-

entibus, humectantibus & attenuantibus instituenda videtur. Talis præparatio fit per decoctiones *rad. polipod. glycyr. fumar. lupuli, scolopend. borrag. meliss. & similium.* additis *syrupis de fumaria, de buglossa, de lupulo &* similibus.

Exempli gratia:

℞ *rad. polypod.*
glycyr. an. ℥ß.
Her. scolopend.
fumar.
Meliss. an. Mß.
Sem. fœnic. ℥ß.
F. decoct. in s. q. aq. &
vini ad tertias.
Colentur ℥vj. adde Syrup, de
fumaria.
Oxymellis simpl. an. ℥j.

M. fiat haustus pro duabus vicibus.

Hoc vel simili modo per dies aliquot præparata materia purgationes appropriatæ possunt institui, selectis purgantibus medicamentis, ubi inter leviora sese exhibent *folia Sena, polypodium, Myrobalani Indi, Epithymum*, &c. Validiora sunt *Helleborus niger, lapis lazuli & similia*. Ex his interveniente præparatione & correctione prodiére composita; ut *confectio Hamech, pilula de fumaria, Inda, lucis minores*, &c. Notandum tamen valida purgantia cũ cautione quadam in hoc casu exhibenda esse, quam ob causam pru-

prudens determinatio medici, tum in his, tum etiam in præcedentibus evacuantibus exhibendis est necessaria. Qui plura desiderat libellum de Medicamentis lenientibus, præparantibus & purgantibus Matthæi Curtii, jam noviter hic impressum conjungat.

T.



APPENDIX.

DE SCABIE ET PRURITU Studiosorum.

FREQUENS hoc malum est apud literatos, inprimis dum in Gymnasiis atque Aca-

demiis studiis adhuc diligenter incumbunt. Est autem *Scabies* cutis infectio ulcerosa, cui pruritus seu scalpendi assiduitas ferè conjungitur. *Causa scabiei primitiva* consistit in usu ciborum calidorum, salsorum, acrium, in tardâ vestiũ internarum mutatione, in attactu scabiosorum frequentiori &c. inprimis respectu hujus vitæ generis maximè huc facit, q intempestiva exercitia post cibũ suscipiãtur, tempestiva vero & convenientia, quę cibum præcedere debent, negligãtur. Adde lucubrationes intempestivas post cibum, ubi digestio labefactatur, unde cõsequenter:

ter sanguis redditur inhabilis, ut perfectè non possit assimilari. *Conjuncta proximior causa* dependet ab ipsis humorib. corruptis, nitrosis & acrib. ad cutis superficiē vi naturæ transmissis, qui ab intemperie jecoris & imperfectâ cōcoctione primâ & secunda suam habent originem. Est autem *Scabies* ista pro ratione peccātis humoris multiplex: *alia enim pruriginosa est*, in qua pustulæ parvæ reperiuntur, cujus materia est *salsa & acris:* alia pustulas habet majores & albicantes, intus pure repletas, non admodum prurientes, cujus materia *serosa & pituitosa est:* alia pustulas habet latas

V. Forest. lib. 5. obs. chirur. ob. 10.

in circuitu rubentes, quarum origo *sanguis crassior est:* alia *malum mortuum* dicitur, & à sanguine Melancholico suam habet originem. Fitque potissimùm cum crusta multa in tibiis, difficulter sanatur & sanata facilimè recrudescit.

In hoc malo *præcavendo & curando* necessarium est, ut primo vitentur illa, quæ causas primitivas attinet, nimirum *victus ratio* conveniens instituatur: vitentur illa, quæ serosos, acres & adustos humores producunt; sint potius alimenta facilis concoctionis & sanguinem laudabilem procreent: vinum sit tenue & aquosum, absque

que tartaro crudo, beneq; de-puratum. In reliquis rebus nõ naturalibus diligentia adhibeatur, ne materia scabici prõprè colligatur: Sint igitur inprimis consuetæ naturales evacuationes quotidianæ & vitentur exercitia post cibũ *tàm quo ad corpus*, in deambulationibus vehementioribus, pilæ gestationibus, armorum cõflictibus, &c. *quàm quo ad animũ*, in studiis seriis & lucubrationib. mox à cibo susceptis. *Quo ad curationem* à sanguinis diminutione fiat initium, si copia peccans est & scabiei materia adhuc in venis abundat, nisi ratione virium, ætatis, vel alias

ob causas contraindicantia sese offerant. *Venæsectionem* justo modo susceptam sequitur *es vacuatio* appropriata peccantis humoris, juxta præcepta præcedentibus capitibus proposita. Si igitur pruriginosa est Scabies à materia salsa & acri, necessarium est, ut primo peccãs materia digeratur decocto radicum glycyrrhyzæ, Herbæ borrag. bugloss. fumariæ, soldanellæ & similium; dein fiat evacuatio per Electuariũ Diacarthamum, Caryocostinum, &c. Eodem modo in reliquis Scabiei differentiis medicinarum delectus necessarius est. *Facta evacuatione* per corporis habi-

habitum diaphoresis est insti- tuenda *per appropriata sudorifera*, quæ fiunt *vel per balnea sudorifera*, in quibus primum decoquuntur, quæ cuilibet differētiç maximè sunt accōmodata: *vel in lecto*, assumptis medicamentis per habitum corporis peccantem materiā expellentib. At nō sufficit ut primitivæ &antecedenti causæ succurramus, sed opus est, ut ipsam *causam conjunctā cum parte laborāte* quoq; nō negligamus, quocirca superest ultimo loco, ut cutim exulceratam etiam per externa remedia curemus: etenim frustrà fient omnia præcedentia, nisi quod exulceratum est exterius in integrum

vel à natura, vel ab arte resti-
tuatur, propterea quod com-
moda nutritio in parte læsa fi-
eri nequeat, nisi pristinam sa-
nitatem recipiat. Hîc igitur
balnea, inunctiones, lavacra
cum artificialibus saponibus
& similia locum suum habent,
de quibus in specie nihil addi-
mus, eam ob causam, quod e-
jusmodi medicamenta suas
variationes requirant pro ra-
tione differentiarum scabiei,
quæ multiplices sunt nec faci-
lè ab omnibus eodem modo
dijudicari possunt. Sufficiant
ergo generales Canones, jux-
ta quos pro natura subjecti la-
borantis & peccantis materiæ
quilia-

quilibet penes Medicum peritum sibi convenientia remedia comparare poterit. Faxit DEUS ut omnia, quæ dicta sunt, in ipsius gloriam & proximi commodum vergant.

FINIS.

